i. Aut arguta lacus circū uolitauit hirūdo: Et bos suspiciēs cęlū mirabile uisu Naribus aerem patulis decerpsit odore Nec tenuis formica cauis nō euehit oua. k. Et ueterem i limo ranę: fabula duplex ē: una ut Ouidius dicit: Ceres quū proserpinā quęreret ad releuādā sitim accessit ad quēdam fontē: tūc eā lycii rustici a potu phibere cęperūt: & conturbātes pedib⁹ fontē: eaqu contra eā mitterent turpē narib⁹ sonū: illa irata eos cōuertit in ranas: quę nūc quoque ad illū fons imitatione coaxant sed hoc nō est ualde aptū: nā illud magis insultatio fuerat quā querela: & penā sacrilegii iuste pertulerāt unde magis cōpositus sequēdus ē: qui dicit; cū iupiter reges oib⁹ animalib⁹ daret: & ranis dedisset colēdum breuissimū lignū quęsitę & aspernatę sunt: tūc iup. irat⁹ hydrū eis dedit: quo uescūtur ranis. l. Bibit ingēs arcus: sequit̄ rursus uulgi opinionē. m. Exercitus: multitudo. n. Iam uarias pelagi uolucres & quę asia circū dulcibus in stagnis rimātur prata caystri: Hęc ē uera lectiō & sensus talis ē. n. Iā uarias uolucres pelagi: & eas quę circū asia prata rimantur in dulcibus stagnis caystri uideas certatim largos humeris infūdere rores: nā si iā uarie legeris: sensus nulla rōe pcedit. o. Caistrus aūt fluui⁹ ē: Asia uero palus unde fecit asia prata. Et de palude asia a longa: et de puincia breuis. ut europa atque asia pulsus & ē homeric⁹ uersus ασιωεν λειμωνι κονστριον αμφιρεεθρα. p. Rimātur: pascunt in pratis ciaū p terrę rimas requiretes. Nā rimari tractū ē a porcis: qui glādes rimātur de rimis terrarū. q. Studio gestire lauādi: lętitiā suā habitu corporis significare: oē ut hoīes lętitia sua uerbis: ita aues corporis gesticulatione exprimūt. r. Incassū aūt ideo q: plumarum cōpositio aquā minime admittit ad corpus. s. Tunc cornix plena: rauca cōtra naturam suam. t. Et uocat poetice: non enim uocat: sed pluuiam denūciat. Et notandum cornicem rauca uoce & solam pluuiam prędicere. Coruos uero & plures: & uoce tenui: & purissima: contra naturam suam. ut Tū liquidas corui presso ter gutture uoces. u. Testa cum ardente: propter utilitatem noluit dicere lucerna. sed nec lychnum: quemadmodum in carmine heroico Dependēt lychni dixit: medius enim i his stilus ē libris sicut supra dixim⁹. x. Putres concrescere fungos: ut dicit Plini⁹ cum aer humidus eē cęperit. fauilla quę cū fumo solet egredi prohibita aeris crassitate in lucernis residet: & quasdam uelut fungorum imitatur imagines. y. Ex imbri soles: serenitates: & uersa uice dat prognostica quib⁹ agnoscamus & tempestuoso cęlo futurā serenitatem. z. Aperta serena: aer enī densatur nubilo & rarescit sereno: ut denset erant quę rara modo & quę densa relaxet. a. Nec fratris radiis obnoxia surgere luna: subaudi a superiorib⁹ obtusa luna: nam hoc dicit: nec luna uidetur obtusa quę est radiis solis obnoxia. Nam ut dicunt physici ab eo accipit lumen. b. Tenuia: proceleusmaticus est pro dactylo: quam rem quotienscunque facit Virgilius seruat locū sineresimeos ut tenuia item & genua labant. c. Dilectę thetidi alcyones Ceyx filius Luciferi habuit coniugem alcionem. a qua cum prohibitus iuisset ad consulendum apollinem super statu regni sui: naufragio peremptus corpus cum ad uxorem alcyonem delatū fuisset: illa se precipitauit in pelagus: postea Thetidis & Luciferi miseratione conuersi sunt ambo in aues marinas quę alcyones uocantur. Et sciendum quia cū de muliere dicimus: Hęc alcyone facit: cum de auibus: hic & hęc alcyon: his & hę alcyones. Istę autem aues nidos faciunt

Immundi[e] meminere sues iactare maniplos.
At nebulae[f] magis ima petūt: campoq; recūbūt;
Solis & occasum seruans de culmine summo
Nequaquam[g] seros[h] exercet noctua cantus;
Apparet liquido[i] sublimis i aere nisus;
Et pro purpureo poenas dat scylla capillo:
Quacūq; illa leuem fugiēs secat aethera pēnis;
Ecce inimicus atrox magno stridore pauras.
Insequit nisus; qua se fert nisus ad auras
Illa leuem fugiēs raptim secat aethera pēnis.
Tum[k] liquidas corui presso ter guttere uoces
Aut quat ingeminat; & saepe cubilib9 altis
Nescio qua praeter solitum dulcedine laeti
Inter se foliis strepitāt: iuuat imbrib9 actis
Progeniem paruam dulcesq; reuiscere n[i]dos.
Haud[l] equidem credo; quia sit[m] diuinit9 illis
Ingeniū; aut rerum fato prudētia maior.
Verum ubi tempestas: & caeli mobilis humor
Mutauere uias: & iuppiter[n] humidus austris
Dēsat; erātq; rara modo; & quae dēsa relaxat
Vertūtur species animorum: & pectora mot9
Nūc alios: alios dum nubila uētus agebat
Cōcipiūt; hinc ille auium[o] cōcētus i agris:
Et[p] laetae pecudes: & ouantes gutture corui.
Si uero solum[p] ad rapidum: lunasq;[q] sequentes
Ordine respicies: nūquā te crastina fallet
Hora: neq; insidiis noctis capiere[s] serenae.
Luna reuertētes cum primum colligit ignes:
Si nigrum obscuro comprehēderit aera cornu:
Maximus[t] agricolis pelagoque parabitur imber.
At si[u] uirgineum suffuderit ore ruborē
Ventus erit; uēto semper rubet aurea[x] phoebe[y]
Sin[z] ortu quarto (nāque is certissimus auctor)

in mari media hieme: quib9 diebus tāta est trāquillitas: ut penitus nihil possit in mari moueri. inde etiam dies alcyonis uocatur. d Non ore solutos. s. manipulos: quod sequit. alii soluto ore accipiunt. i. immu patenti. e Immundi sues: luto gaudentes. Hor. & amica luto sus: f Nebulę ima petunt: deprimuntur ad ualles. g Nequaquā exercet. i. nō Persius Nequaquā fundo suspiret nūmus in imo. Itē Virgi. Et summo clypei nequaquam umbone pependit h Seros noctua cātus: Noctua aūt auis est lucifuga: quę significat pluuiam si cecinerit post solis occasum: de hac talis ē fabula: Hyctimene postquā cum patre cōcubuit & agnouit facinus: i siluis se abdidit & luce refugit: ubi deorū uolūtate cōuersa ē in auem: neque tāto scelere oībus auibus ē admirationi. i Liquido aere: Nisus rex megarēsium in auē mutatus: de quo plenius dictum ē in bucolicis: k Tum liquidas corui presso ter gutture uoces. Aut quater ingeminat: Plini9 in naturali historia dicit coruos obliuiosos eē & plerūq; minime ad nidos suos reuerti: sed quadā ratione naturę cōgerunt ad nidos suos quę uermes possit creare: ex quib9 relicti eorum pulli alūtur iterdū horū obliuionē probat etiā ex rebus quas cū abscōderint dereliquunt: quod etiā mustel lę dicitur efficere. l Haud equidē credo ponit sibi quęstionem acerrimā: & de intima philosophia: quā tamen tota facilitate dissoluit: nam quęrit cur homines quos constat esse prudentiores animalibus per se non sentiant qualitatem futurā aeris: sed eam magis ex aliis animātibus colligāt. Et hoc dicit homines prudentiam habere naturalem: & suo iudicio lętos eē uel tristes: quęres in hęc animalia cadere non possit: quę nihil suū habentia: naturam aeris sequūtur: & pro eius qualitate aut lęta uidentur aut tristia: nec prędicere aeris naturam uidentur: sed eam uel prosperam uel aduersam sequūtur: Nos uero & lęti esse inter nubila possumus: & in serenitate solliciti. m Sit diuinitus illis ingeniū: non est illis diuinitus cōcessum ingenium. Nec prudentia quę est maior rerum fato: alibi Metus oīs & inexorabile fatum Subiecit pedibus strepitumque acherontis auari n Iuppiter humidus: idē aer ut Horatius Manet sub ioue frigido uenator: id est aere. o Auium concētus: commixtus: cantus. id est symphonia. p Lętę pecudes: aeris serenitate gaudentes. p Solem ad rapidū: ueloce. Et notandum hęc signa magis fida & subtiliora esse: quę ex sole & luna colligimus: q Lunasque sequentes Ordine respicies: non ordinem respicies: sed ordine: id ē rationabiliter ordinem sequentes. Luna enim solis circulum sequitur: licet ipsa sit inferior. Donatus dicit lunas noctes accipiendas sed male: Non enī signa: quę dicturus ē ex nocte: sed ex luna colligimus. r Nūquā te crastina fallet. Hora. hyperbole ē: nec hora quidē te decipiet. s Capiere: decipieris: & ē aphęresis: Et plerique scimus nos decipi serenitate. t Maxim9 agricolis pelagoque parabit imber. i. si non habuerit pura cornua: & intra eā nigrū aerem uideris: erit ubique pluuia: sicut supra: oīa plenis rura natāt fossis atque omnis nauita ponto. u Si uirgineum suffuderit ore ruborem: si ruborem forinsecus habuerit: nam de interiori parte infuderit diceret. x Aurea: id est pulchra ut At non uenus aurea contra. y Phębe autem uenit ab eo quod est phębus. Et sciendum quędam propria nomina fęmininum ex se facere tantum non etiā neutrum: ut phębus phębe: Iulius iulia: Tullius tullia: non ut appellatiuum doctus docta doctū: z Sin ortu quarto: Aratus tertiam dedit animaduertendam esse lunam: hic quartam non illi improbans: sed hoc magis probans. nā

Pura neque obtusis per cælum cornib⁹ ibit:
Totus & ille dies: & qui nascetur ab illo
Exactum ad mensem pluuia uentisq; carebunt:
Votaq; seruati soluent in littore nautæ:
Glauco & panopeæ: & inoo melicertæ,
Sol quoq; & exoriens: & quū se cōdet in undas,
Signa dabit: solem certissima signa sequent:
Et quæ mane refert: & quæ surgentibus astris.
Ille ubi nascentem maculis uariauerit ortum
Conditus in nubem: medioq; refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbres: nāque urget ab alto
Arboribusq; satisq; notus pecoriq; sinister.
Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi rumpēt radii: aut ubi pallida surget
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Heu male tum mitis defēdit pāpinus uuas:
Tū multa i tectis crepitās salit horrida grando.
Hoc etiam emenso quum iā decedet olympo
Profuerit meminisse magis: nam sæpe uidemus
Ipsius in uultu uarios errare colores.
Cæruleus pluuiam denūtiat: igneus euros.
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni:
Omnia tum pariter uento nimbisque uidebis
Feruere: non illa quisquiā me nocte p altū
Ire: neque a terra moneat conuellere funem.
At si cum referetque diem: condetque relatum
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis:
Et claro siluas cernes aquilone moueri.
Denique quid uesper serus uehat: unde serenas
Ventus agat nubes: quid cogitet humid⁹ auster
Sol tibi signa dabit. solem quis dicere falsum
Audeat: ille etiā cæcos instare tumultus
Sæpe monet: fraudemq; & opta tumescere bella.
Ille etiam extincto miserat⁹ cæsare romam:
Quum caput obscura nitidum ferugine texit:
Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem.
Tēpore quāquā illo tellus quoq; & æquora pōti
Obscœniq; canes: importunæque uolucres
Signa dabāt: quotiēs cyclopū efferuere i agros
Vidimus undāte ruptis fornacibus ætnam
Flāmarūque globos: liquefactaq; uoluere saxa?
Armorum sonitum toto germania cælo

ad hoc ptinet: namque is certissimus auctor. a Exactū ad mense: usque ad mensis ultimā partē. Vnde & exacti mēses dicūtur qui circa partū sūt. Ipse in sequētib⁹ Exactis grauidę cum mēsib⁹ errant. b Glauco & panopeę: & inoo melicertę. Glauc⁹ piscator fuit de Anthedone ciuitate qui cū captos pisces sup herbā posuisse in littore: & illi recepto spirit⁹ rursus mare petiissent: sensit quādā herbarum potentiam: quibus esis cōuersus est in numē marinum. c Ponopeia aūt ē nympha marina. d Inoo āt patronymicum a matre Ino. Sane Ino & Melicerta filius: postquāsunt in numina cōmutati: grece Palemō & leucothoe sūt appellati: latine Portun⁹: & mater Matuta. e Cōditus i nube: id est si orbis eius quasi concau⁹ fuerit: quod ipse exprimit dicēs: Medіocre refugerit orbe. f Sinister: ucari⁹. g Male defendet pāpinus uuas non defendet. nā decussis pampinis etiam uua uim grandinis patitur. h Profuerit meminisse magis: ideo magis addidit: quia a sole uenientia uespertina signa meliora sunt. i Ceruleus pluuiā denunciat: breuiter collecta cōclusio. k Me nocte: gratiorē sensū fecit interposita sue psonę cōmemoratione: nā hoc dicit nulli se suadere illa nocte nauigare. l At si cū referetque diē condetque relatū: hoc ad futurę serenitatis ptinet signū. Nā si de ipso die dicas: de quo pmisit stultissimū ē. m Claro aquilone: serenissimo: qui ē & inubil⁹: sicut fere oēs uenti. Horati. Albus ut obscuro deterneret nubila cęlo. Sepe notus neque parturit imbres perpetuos: n Denique quid uesper serus uehat: Conclusio ē quę hoc continet: signa quę possumus ex stellis uel ex uentis colligere: melius ex sole colligim⁹. o Quid cogitet humid⁹ auster. i. i quā partē se flectat utrū ad serenitatē: an ad pluuias: ut diximus supra. p Quis dicere falsū. i. fallacē: Salusti⁹ in catilinario: Ambitio multos mortales falsos fieri cogit. q Tumultus coniurationes & latentes insidias. r Ille etiam extincto miseratus cęsare romā: Bonū epilogi inuenit locū: ut in augusti gratiā defleat cęsaris mortē. Cōstat aūt occasio cęsare in senatu pridie idus marcias solis fuisse defectum: ab hora. vi. usq; ad noctē. Qđ q: multis ptractū horis. dicit i sequētib⁹ Aeternā timuerūt sęcula noctē. s Ferugine texit: ferugo ē purpura nigrior hispana. alibi. Ferugine clar⁹ hiberat. t Impia sęcula: quib⁹ fieri erat cęsar occisus. u Aequora pōti. nō sine causa addidit pōti q: sūt & cāpi: ęquora: ut Acpri⁹ ignotū ferro quā scidim⁹ ęquor. x Importuneq; uolucres: i alienū tps uiuētes: ut stryges: aut bubones nocte gaudētes p diē possent uideri. y Vidimus undāte ruptis fornacib⁹ ętnā: mali eni omen est quotiens ętna mons sicilię nō fumū: sed flammarum erigit globos: Et ut dicit Liuius tanta flamma ante mortem cęsaris ex ętna mōte defluxit ut nō tantum uicinę urbes: sed etiā rhegina ciuitas afflaretur. z Vndāte aūt unde nō flāmas euomentem. a Liquefacta saxa. igne soluta. b Sonitū toto germania cęlo audiuit: bene

Audiit: insolitis[c] tremuerunt motibus alpes.
Vox quoque per lucos uulgo exaudita siletes
Ingens: & simulacra modis pallētia miris
Visa sub obscurum[d] noctis: pecudesq;[e] locutæ
Infandum: sistunt amnes: terræq; dehiscunt:
Et mœstū illachrymat tēplis ebur[f]: æraq;[g] sudāt.
Proluit insano[h] cōtorquēs uortice siluas
Fluuiorū[i] rex eridan⁹: cāposq; per omnes:
Cum stabulis armenta tulit: nec tempore eōdē
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces:
Aut puteis manare cruor cessauit: & altæ
Per noctem resonare lupis ululantibus urbes:
Non[k] alias cælo ceciderūt plura sereno
Fulgura: nec diri[l] totiens arsere cometæ.
Ergo inter sese paribus[m] cōcurrere telis
Romanas acies iterum[n] uidere philippi.
Nec[o] fuit īdignum superis bis sāguine nostro
Emathiam[p]: & latos æmi[q] pinguescere campos.
Scilicet & tempus ueniet: quum finibus illis
Agricola icuruo[r] terram molitus aratro
Exesa inueniet scabra[s] rubigine pila:
Aut grauibus rastris galeas[t] pulsabit inanes
Grandiaque[u] effossis mirabit ossa sepulchris.
Dii[x] patrii idigetes: & romule: uestaque[y] mater
Quæ tuscū tyberim: & romana palacia seruas:
Hūc saltem euerso iuuenē succurrere sæclo
Ne phibete: satis iampridem sāguine nr̄o:
Laomedōteæ[z] luimus piuria troiæ.
Iampridem nobis cæli te regia cæsar
Inuidit, atq;[a] hoim querit curare triūphos:
Quippe ubi[b] fas uersū atq; nefas tot bella p orbē
Tā multe scelerum facies: nō ullus aratro
Dignus honos: squallet abductis[c] arua colonis:
Et curuæ rigidum falces cōflāt in ensem.
Hinc[d] mouet euphrates: illinc germana bellum.
Vicinæ ruptis inter se legibus urbes
Arma[e] ferūt: sæuit toto mars impius orbe.
Vt[f] cum carcerib⁹ sese effudere quadrigæ
Addūt[g] se in spacia: & frustra retinacula tendens

germaniæ: quā uicerat cesar: ut eo occiso in rebellionē uideretur exurgere. c In solitis tremuerūt motib⁹: aut nouis. i. nūquā antea in alpib⁹ factis aut magnis & maiorib⁹ solito. d Sub obscurū: noctis: circa noctis obscurū. e Pecudesque locutę infādū. aut infāda uerba protulerūt: aut hoc ipsum infandū fuit: q̄ sunt cōtra naturā locutę. f Ebur. s. simulacrorū. g Aeraq; sudant: signa sunt laboris futuri. h Insano: magno ut Quid tantū insano iuuat indulgere labori. Et sciēdum flumina quū supra modū crescūt: nō tantū ad pñs inferre dānū Sed etiā alia futura significare. i Fluuiorū rex eridan⁹: Padū dicit: fluuiorū autem rex p italiam: aut certe p totū orbē secūdū q̄ dicit Lucan⁹: qui ait quū de isto flumine loqueretur: Nō minor hic Nilo: si nō per plana iacentis Aegypti libycas nil⁹ stagnaret arenas: Nō minor hic istro nisi q̄ dū pmeat orbem. Ister casuros in quęlibet ęquora fontes Accipit: & scythicas exit non solus in undas. k Nō alias cęlo ceciderūt plura sereno fulgura: omen est i eo: & q̄ sereno cęlo missa sunt fulgura: & q̄ plura missa sunt. l Diri cometę: crinitę stellę & pessimę: quia sunt & bonę: ut diximus in ęneide: factę ex Ioue uel Venere: quā rē plenissime Auien⁹ exequitur. m Parib⁹ concurrere telis. Luca. Pares aquilas & pila minātia pilis. n Iterū uidere philippi: ciuitas ē thessalię in qua prima cesar & Pōpeius: postea Aug. & Bru. cū Cassio dimicauerūt. o Nec fuit indignū supis: quasi exclamatio ē ad deos. p Emathiā & latos ęmi pinguescere cāpos. Emathiam thessaliā dictā ab Emathio rege. q Aemi⁹ autē mōs ē thessalię. r Incuruo una ps orōis est. s Scabra rubigine: aspa. unde & scabies dicit a corporis aspitate. t Galeas ianes cōcauas: ut galeā aūpedes piecit inanē: u Grādia ossa aut multa aut igētia: quasi antiquorū heroū. x Dii patrii idigetes. & romule uestaq; mater: patrii dii sūt q̄ pręsūt singulis ciuitatib⁹: ut minerua athenis: Iuno carthagini: idigetes āt ppriē sūt dii ex hoib⁹ facti: quasi i diis agetes: abusiue āt oēs dii pñt dici idigetes: tāquā nulli⁹ rei egētes. y Vestaq; mat̄ q̄ tuscū tyberi & romana palatia seruas: poetice. nā uerū nomē numinis q̄d urbi romę pręesset sciri sacrorū lege phibet: q̄ aus⁹ quidā tribun⁹ plebis enūtiare i crucē leuat⁹ ē. z Laomedonteę Excusat Augusti tpa & cū dicit suis uirib⁹ nō cōpesare dāna reipu. q̄ ex maiorū uitiis descēdisse cōfirmat Hora. Negligis imeritis nociturā postmō te natis fraude cōmittere. a Atq hoim q̄rit: ut celestes possis mereri. b Vbi fas uersū atq; nefas apud hoies. s. q spernūt licita appetētes illicita. c Abductis colonis: ad bella. s. ut & lato uastāt cultorib⁹ agros. d Hic mouet eufrates: illinc germania bellū. undiq; mouet bellū. eufrates nāq; oriētis ē fluminis: germana aūt occidentis puincia. e Arma ferūt uicinę urbes: hoc est & extrema & ciuilia bella deseuiūt. f Vt cū carcerib⁹: hoc uult dicere res q̄dē pu. hēt optimū ipatorē: sed tāta uicia tēporū pręteritorū: q in dies singulos aucta sūt: quēadmodū in pcessu equorū cursus angetur: ut ea optimus rector refrenare non possit: sicut & auriga a feruēti cursu equos non potest plerunque reuocare. g Addunt se in spacia: id est currendo plus eorum cursus augetur h Currus: id est equi. Sane sciendum trāslationem hanc esse: non comparationem: que q̄ si ponatur in fine uitiosum est.

a Actenus aruorũ cultus & sidera cęli. Nunc te bacche canam. Mire iterauit illum uersum. Quid faciat lętas segetes: quo sidere terrã. In hoc aũt libro exequatur culturã agri consitu: qui oĩa, arborũ cõtinet genera. Et sciendũ est Virgiliũ uites quoque arbores dicere: ut nec secus omnis in unguẽ arboribus positis secto uia limite quadret. Et hactenus ut multi uolunt una pars orationis est. & est aduerbiũ significãs hucusq. . Alii duas ptes uolunt: pronomen & aduerbiũ: ut sic tenus hac: sicut Cruium tenus amento palearia pendent: sed melius est unã partem accipere orationis hactenus. b Sidera cęli: pleonasmos: nec enim sunt alibi quã in cęlo sidera. c Bacche in

Fertur eques: auriga: neq; audit currus[b] hẽnas.

Ouidii Poetæ: Tetrasticon In Libruz Georgicon Secundum.

Actenus aruorum cultus: & sydera cæli:
pampineas canit ille comas: colleiq; uirentis:
Descriptasque loci uites: & dona lyæi:
Atque oleæ ramos: pomorum ex ordine lectos.

P. Virgilii Maronis Georgicoꝝ. Liber Secũdus.

Actenus[a] aruoꝝ cultus: & sydera[b] cæli.
Nũc te bâcche[c] canã. nec[d] nõ siluestria tecũ
Virgulta: & prolem tarde[e] crescẽtis oliuæ:
Huc[f] pater o lenææ: tuis hic omnia plena
Muneribus: tibi pampineo[h] grauidus autũno
Floret[g] ager: spumat plenis uindemia[i] labris.
Huc pater o lenææ ueni: nudataq; musto[k]
Tinge nouo mecũ direptis crura cothurnis.
Principio[l] arboribus uaria est natura creandis:
Nãque aliæ nullis hominũ cogẽtibus ipsæ
Sponte[m] sua ueniunt[n]: cãposq;[o]: & flumina late
Curua tenent: ut[p] molle siler: lentæque genistæ:
Populus: & glauca[q] canentia fronde salicta.
Pars[r] aũt posito surgunt de semine: ut altæ
Castaneæ: nemorũq; ioui quæ maxia frondet
Aesculus: atque[s] habitæ grauis oracula quercus.
Pullulat[t] ab radice aliis densissima silua,
Vt[u] cerasis: ulmisq;: etiam parnassia[x] laurus
Parua sub ingenti matris se subiicit umbra:
Hos[y] natura modos primũ dedit: his genus oẽ
Siluarũ fruticũque uiret: nemorũq; sacroꝝ.

uentorem pro uitibus posuit: de quibus Catexochen in hoc libro loquit. Naʒ uites pręcipue sunt licet & aliarũ arborũ faciat cõmemoratione. d Nec nõ siluestria tecum uirgulta. idest infęcũdas arbores: quibus pręcipue in Italia uites coherent. e Tarde crescentis oliuę. Res enim diu duratura tardius crescit. f Huc pater o lenęę. Pater licet generale sit oiuʒ deorũ: tamẽ ꝓprie libero semper coheret. Nam liber pater uocatur. Lęçus autem α πο του ληνοσ. id est a lacu. Nam quod donatus dicit ab eo ꝙ mẽtem leniat non procedit: Nec enim potest gręcum nomen latinam ęthymologiam recipere. g Tibi floret ager. In honorẽ tuuʒ exultat: & lętus est. Nam autũnali tẽpore te uera florere non potest ager h Pampineo autũno: pampinoso ut nemus frondeũ pro frondosum. i Vindemia: cum uindemiã numero singulari dicimus unius anni significamus cum plurali multorum: ut messem messes: hiemem hiemis. Hęc enĩʒ semel tantum annis singulis contingunt. Multi tamen uolunt uindemiam esse totius orbis generaliter: uindemias singularũ partiũ: nã plus significet singularis quaʒ pluralis numerus. Sicut plus est cum dicimus: per terram pluit: quam per terras. Tunc enim omne elementu non terras aliquas significamus. k Musto. Mustum numero tantum singulari dicimus: sicut & uinum. Licet Ouidius abusiue dixerit musta: Sed hoc ille plus fecit ꝙ & mustis dixit: cum ut diximus de his nominibus tres casus tantum usurpari cõsueuerint. l Principio arboribus. Creãdarum arborum naturaliter sunt tria genera. Aut enim sua sponte nascũtur: Aut ex seminibus fortuito iacentibus surgũt: aut ex radicibus pullulant: nam cętera usus inuenit fauente natura. m Sponte sua. Sponte modo nomen est: quia iunctum est ei genus quo caret semper aduerbiũ. n Veniunt: crescunt: alibi. Illic ueniunt felicius uuę. o Camposq & flumina late curua tenẽt p trãsitũ ostẽdit in quibus locis arbores spõte nascunt. f. in humidis: Nã terra mater est rerũ oĩum: & seminũ oĩctorũ creatrix. p Vt mollę siler: arboris gen⁹ ẽ. Et notãdũ gen⁹ neutrũ de arbore qđ est admodũ rarũ. q Glauca canẽtia frõde sal.cta. Locũ salicũ pro ipsis arborib⁹ posuit. bñ at ait: & glauca: & canetia. nã salix ab una pte albã ẽ: ab altera uiridis. Sane casephaton ẽ glauca canẽtia. r Pars ãt posito de semie surgũt quacũq; rõe ꝓiectoꝛ uel ab auib⁹ uel ab hoib⁹ ne icipiãt cẽ industrię. s Atq; ha. gra. ora. quer. na i dodonico nẽore arbores dãtes rñsa fuisse dicũt. habitę ãt grauis: uel qsi nõ credẽs dixit: uel quasi italus qui loca illa nesciret: uel re uera quẽdã habitę: q: illo tpe iã silebãt. t Pul. ab ra. Mira est singulis ꝓprietas. nã ait. spõte sua uẽnit: surgũt de semie: pullulãt ab radicib⁹. u Vt ce. ul. Hęc cerasus: his cerasis facit. Sane cerasus ciuitas ẽ põti: quã cũ deleisset Lucill⁹ gen⁹ hoc pomi ide aduexit: & a ciuitate cerasiũ appellauit. nã arbor cerasus pomũ cerasiũ dicit. Hoc ãt et ãte Lucilliũ erat in italia: sʒ durũ & cornũ appellabat. qđ postea mixto noie cornocerasiũ dictũ ẽ. x Par. lau. a pnasso mõte apollini cõsecrato. y Hos na. mo. pri. de. bñ primos: qʒ ut supra diximus fauor naturę fuit etiam ad alios inuẽiendos usus. cõtra naturã eiʒ nihil hominũ inuẽtũ ualeret.

z Via.ratione.ut Iuueni germana uiam. a Hic plantas tenero:inter plantas:& plantaria hoc interest q plantę raptę sunt de arboribus. Plantaria uero quę ex seminibus nata cum radicibus & terra ,ppria trāsferuntur ut & uiua sua plantaria terra. b Sulcis:fossis.ut. Ausim uel tenius uitem cōmittere sulco. c Hic stirpes obruit aruo.altius deponit ualidiores cū radicibus plantas. d Quadrifidasque sudes:ita robustas ut possint in quattuor partes diuidi. e Et acuto robore:pro acuti roboris accipimus:& bis idem dixit.nam & ualli & sudes idē sunt. f Siluarūque alię. propago precipue uitibus cōgruit.ūde apparet siluas eū etiā de uitibus dicere: g Et uiua sua plātaria terra.& alię siluarū expectāt plantaria cum sua terra uiua.id est naturali:ut. Viuoque sedilia saxo.inde est. Mutata ignoret subito ne semina matrē. h Quin et caudicibus sectis.caudicib⁹ posuit pro codicibus. sicut caulē pro colem:sauricem pro sorice dicimus Fit aūt quod nunc dicit de oliua & myrto: quarū sicci stipites secātur usque ad medullā:& terra infossi ex se arbores gignūt. quod sine dubio mirū est. i Truditur urgēte natura ,percatur. k E sicco ligno:ex arido. l Radix oleagina:deriuatum ab olea. m Impune uidemus:sine dāno sui:& loquitur de insitiōe. Sane insitas arbores dicim⁹.insertas uero oīas aut fabulas. n Lapidosa cor.dura alibi: Lapidosaq; corna dant rami. o Generatī:per singula genera.generaliter āt simul oia γενικῶς καὶ κατ᾽ εἴδη. p Segēs:inq:pigrę infęcūdę. & doc; posse idustria ēt loca asprima ad fertilitatē ,pduci. q Ismara.mōtes Thracię. r Taburn⁹.mōs cāpanię. s Vestire uero iplere significat. t Tuque ades mecęnas adesto:& inceptum fauorem omibus libris impendito: nam ubique eum inuocat. u O decus o famę merito ps maxima nostrę. Hora: O & presidiū: & dulce decus meum. x Pelagoque uolans da uela patēti. simplici generi carminis pręsta fauorē: ut uela fauorem accipiamus: patens pelagus carminis facilitatem. Hoc autem carmen facile esse ipse significat dicens. In manibus terrę:hoc est in facili & in promptu res posita est. y Non ego cuncta meis amplecti uersibus opto. id est non sum uniuersa dicturus:nec enim possum.quare & suam extenuat possibilitatem:& mecęnatis auribus ex sui carminis breuitate blāditur. Alii aliter accipiūt. Constat mecęnatē fuisse litterarū peritum:& plura cōposuisse carmina: nam etiam Augusti cesaris gesta descripsit.quod testatur Hora.dicens. Tu quoque pedestribus dices historiis pręlia cęsaris mecęnas melius:ductaque per uias. regū colla minaciumeut hoc nunc dicat:inceptūque una decurre laborem.i.adesto:& simul scribamus: Licet enī; quę tu scribis eē cōstet igētia.mecū āt carmē & breue sit & totū id explicare nō possim:debes tū fauere minorib⁹:ut pelagoq; uolās da uela patēti:s.t ingētia scribe. z Et primi lege littoris orā:saltē minora scribēti. Nō ego cūcta meis: Lucretii uersus:s;ille ęnea uox ait nō ferrea. Primi lege littoris orā:lege nautic⁹ sermo ē:qui mūc & ad nauigādū:& ad lectiōē;pōt referri:nā hoc dicit fauēto pricipio:uel hūilitati carmis mei. a In manib⁹ terrę.i.in facili & in prōptu est terrarū descriptio.qd πρόχειρον grēci dicūt. a Nō hic te car.fa.i.simpliciter uniuersa describā:neq; ut in ęneide aliquib⁹ figmētis aut ullis uter abagib⁹. b Lōga āt exorsa dicit ,phemia lōge repetita q cōstat eē ītnota. c Spōte naturā:,percatarū ex semīe:& earū q de radicib⁹ pullulāt. d Infecūda:fetu carētia: & p trāslati rē physici tagūt.nā semē esū salicis dicūt infecūditatē mulierib⁹ gignere. e Le.& for:quasi in hoc ipsis arborib⁹ gen⁹ sit fecūditatis. f Quippe so.na. sub ē q: ut supra diximꝰ naturaliter rerū oim; mater ē terra:& uniuersa intra se cōtinet semia. Hinc est Quip.sol.na.sub. Natura ei; dicta ē ab eo q nasci aliquid facit. Mire āt aut subest.i.est latēter.nā nō appet ūde Epicurei dicūt nihil esse qd nō hēt originē sui.nā hoc :st gigni de nihilo nihilum nihilū nil posse reuerti. g Scrobibus mādet mutata sub actis nos scrobos genere dicim⁹ masculino.hec; Luca.dixerit cōtra artē. Exigua posuit scrobe.

Sunt alii quos ipse uia[z] sibi repperit usus.
Hic[a] plantas tenero abscindēs de corpore matrū
Deposuit sulcis[b]: hic[c] stirpes obruit aruo.
Quadrifidasq;[d] sudes: &[e] acuto robore uallos.
Siluarūq;[f] aliæ pressos propaginis arcus
Expectant: &[g] uiua sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ: sūmūq; putator
Haud dubitat terræ referens mādare cacumen.
Quin[h]: & caudicibus sectis mirabile dictu
Truditur[i] e[k] sicco radix[l] oleagina ligno:
Et sæpe alterius ramos impune[m] uidemus
Vertere in alterius: mutatāq; insita mala
Ferre pirū: & prunis lapidosa[n] rubescere corna.
Quare agite o ,pprios generatim[o] discite cultus
Agricolæ: fructusq; feros mollite colendo.
Neu segnes[p] iaceant terræ: iuuat ismara[q] baccho
Conserere: atq; olea magnū uestire[r] taburnum[s].
Tuque[t] ades: inceptūq; una decurre laborem
O[u] decus: o famæ merito pars maxima nostræ
Mecœnas: pelagoque[x] uolans da uela patenti.
Non[y] ego cuncta meis amplecti uersibus opto.
Non mihi si linguæ cētum sint: oraq; centum:
Ferrea uox: ades: &[z] primi lege littoris oram.
In manibus terræ: non[a] hic te carmine ficto
Atque per ambages: & longa[b] exorsa tenebo.
Sponte[c] sua quæ se tollunt in luminis auras:
Infœcūda[d] quidem: sed læta[e] & fortia surgunt.
Quippe[f] solo natura subest: tā hæc quoq; siqs
Interat. aut scorbibus[g] mādet mutata subactis:

h Siluestré animű:naturalé aspitaté:& infęcüditaté. i Voces artes:fęcüditates ex arte uénietes. k Hoc faciet:id est erit fęcüda si fuerit inde traslata. l Vtrüq, feretemeque ferre poterit:si ei umbra non noccat. m Pomaq degenerát:modo degenerát in peius uertitur:alias in melius. Poma aűt arborű ex semine ,pcreatarű dicit: quas constat nisi insitę aut traslatę fuerint:nó respódere qualitati seminis sui. n Fert uua racemos:uua pro uite posuit.i. fructű pro arbore. Sane racemus botryonis est ps.& botryo est gręcű:& sic uuam pro uite posuit: sicut Horatius pro uino. Nam ait Cecubű & prelo domitá caleo:tu bibes uua. o Cogendę in sulcű:in ordine cóponendę: aut certe arandę. p Multa mercede:multo labore: a sequete qd pręcedit intellige. q Sed truncis oleę:quia supra ait: Trudit e sicco radix:etiá reddit ad eos modos quos inuenit industria. r Dicedo aűt melius oñdit etiá alias arbores posse ex truncis ,pcreari: sane olea est arbor ipsa: űde deriuatű est oleű. Oliua uero fructus ipse:űde est oliuű. Legimus tamen & oliuam de arbore:ut incübes tereti damon sic cępit oliuę. s Solido paphię sicut & olea. Paphię át ueneręe a papho isula: in qua Venus colit. t Veneri át myrtus est cóscrata: uel q hęc arbor gaudet littoribus:& Venus de mari dicit ,pcreata: uel q ut medicorű indicát libri. Hęc arbor ė apta mulierű necessitatib' plurimis. u Plátis & durę coryli nascűtur:duras dixit nó ad lignű:s; ad fructű ipsarű referes. Alii edurę legunt quasi nó durę:ut paulo post enodes trunci.i.sine nodis:ut nó e minuétis nó augétis hėat significatióe. Sane Coryli ,ppriе dicuntur:ná Auellanę ab auellano cápanię oppido ubi abűdat noiatę sűt. x Herculeę:ipse alibi herculea bicolor: cű populus űbra. y Chaoniique patris:Iouis epirotici. z Ardua palma aut alta: aut ad quá difficile ,puenit. a Casus abies usura marinos.Est eni abietis spés apta nauib : quá sappin uulgo uocát. b Ex fetu arbutus horrida:uersus dactylicus: nam mali quida horrés legut. c Horrida at hispida.Et iá trasit ad isitionė: quę duplex ė: ná aut isitio dicit cű insisso trűco surculus fęcüdę arboris sterili insenit:aut oculorű ipositio: cű incisa cortice libro alienę arboris gemma insciamus. d Et steriles platani malos gessere ualetes. Dicit:quid inquá arboré debeam inserere:in arbuto nucé:in platano malű:in orno piri. e Sed castaneę fagos eget expositióe:nó ei; in castanea fertili insęcüda fag inserit. űde aut hypallage ė: ut sit castaneę:fagos ,p fagi castaneas gessere: aut est mutáda distinctio:ut sit. Et steriles platani malos gessere ualetes Castaneę. hoc ė insęcüdę arbores platani fortes ramos castaneę portauerűt: Fagos ornusque incanuit albo flore piri.secüdű quá distinctióe; Fagos licet breuis sit gos:finalitatis tamé ratióe ,pducit. Fagos ei; icipit esse noiatiu? casus gręcus singularis. nam pluralis noster est acusatiuus. Alii neutrű probant:& ita accipiunt Castaneę flore fagos incanuit: piri flore ornus incanuit: ut similiter fagos nominatiuus sit gręcus. f Nec modus inserere. Aut non est simplex & fortuita ratio: Sed ea quę ingenti labore colligitur. Aut hoc dicit. Non est idem inserere quod & oculos imponere:quarum rerum discretionem hoc loco memorat: sicut nos diximus supra. g Trudunt. propellunt: eiciunt. h Tunicas.id est libros arboris anteriores. i Huc ex aliena: quia ait ex aliena arbore. & est mutatio: ideo non ait hic includunt. sed huc. Cice. Includuntur in carcerem condemnati utique. quia illuc fuerant aliunde deducti. k Inolescere:concrescere. συμφύεσθαι. l Aut rursum enodes trunci resecá:rursű hic nő hėt significatione iterádi:sed abűdat. m Libro. Liber dicit ps corticis interior

Exuerint siluestré animű: cultuq; frequenti
In quascüq; uoces artes haud tarda sequętur.
Necnő & sterilis quę stirpibus exit ab imis:
Hoc faciet:uacuos si sit digesta per agros.
Nunc altę frondes: & rami matris opacant,
Crescétiq; adimüt foetus:uritq; ferentem.
Nam quę seminibus iactis se sustulit arbor:
Tarda uenit: seris factura nepotibus umbram.
Pomaq; degenerant succos oblita priores;
Et turpes auibus prędam fert uua racemos.
Scilicet omnibus est labor impédédus: & omnes
Cogendę in sulcű:ac multa mercede domádę.
Sed trűcis oleę melius: ,ppagine uites
Respődent:solido paphię de robore myrtus.
Plantis & durę coryli nascűtur: & ingens
Fraxinus: herculęq; arbos umbrosa coronę:
Chaoniiq; patris glandes, etiá ardua palma
Nascitur: & casus abies uisura marinos.
Inseritur uero ex foetu nucis arbutus horrida.
Et steriles platani malos gessere ualentes.
Castaneę fagos: ornusque incanuit albo
Flore piri: glandéq; sues fregere sub ulmis.
Nec modus inserere: atq; oculos iponere simplex.
Nam qua se medio trudűt de cortice gemmę:
Et tenues rűpunt tunicas: angustus in ipso
Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen
Includűt: udoque docent inolescere libro.
Aut rursum enodes trunci resecátur: & altę
Finditur in solidum cuneis uia: deinde feraces
Plantę immittűtur: nec longű tépus: & ingens
Exiit ad cęlum ramis felicibus arbos.

n Mirata est quę nouas frondes: & non sua poma ingens fantasia Sane mirata est quę legendū est:ut stet uersus. o Pręterea genus haud unū. Docet nunc etiā in singulis arborū speciebus esse aliquā uarietatē. p Lotoque. Lotos nympha quędā fuit: quā cum amatā priapus psequeręt: illa deorū miseratiōe in arborē cōuersa est: quę uulgo faba syriaca dicitur. q Vnam in faciē: in eandē similitudinē. r Orchades: genus oliuę a gręca etymologia: sed obscena. i. a testiculis: qui ὄρχεις dicitur. s Radii. radii oliuę sunt ita a lōginquitate noiati. t Amara pausia bacca: oliua a pauiēdo dicta. i. a tōdēdo. Aliter ei; ex se oleū non faciet. Amara āt bacca uiridi: ut alba. Floribus atq; apio crines ornat⁹ amaro. i. uiridi. nā de pausia uiride oleū fit. ūde cōtra dicitur dulce: qđ nō est uiride. u Pomaq;: subaudi a supiorib⁹: nō unā nascūtur in facie. x Alcinoi siluę. i. pomiferę arbores. nā Alcion⁹ rex phęacū fuit diligēs cultor hortorū: ūde per eius siluas arbores pomiferas intelligim⁹. De quo Home. ait φ haberet μῆλον ἐπὶ μήλῳ. y Crustumiis: Crustumia pira sunt ex pte rubētia: ab oppido Crustumio noiata. Syriisq; piris grauibusq; uolēis. z Syriis: i. nigris. Grauibusq; uolēis. i. magnis: nā & uolea ab eo φ uolā impleāt dicta sūt. Vola āt ē medietas palmę: uel pedis: ūde & inuolare dicim⁹. a Nō eadē arboribus pēdet uindemia nostris. i. uites quoq; diuersę sunt. b Nostris āt Italicis. & bñ pēdet dixit: Nulla ci;uitis in italia q̄ nō pēdeat. c Methymnęo carpit de palmite lesbos. Lesbos insula est in ęgeo mari: cui⁹ ciuitas methymna hīs precosissimū uinum. d Thasię uites: a thaso insula noiatę. e Mareotides albę ęgyptię. Mareotis ei; psē ęgypti Et dicēdo albę oñdit et ee purpureas: uel alteri⁹ coloris. f Piguib⁹ hę terris habiles: piguib⁹ thasię leuiorib⁹ mareotides. nā ordinē positū sequimur: c. i apte aliquid nō cōmēoratur g Passo psythia utilior: bñ utilior: ut oñdat ēt de alia uua posse passum fieri: sed meli⁹ de psythia. Passum āt dicitur a patiēdo. nā mustū decoquit: & īde fit passū. hinc defrutū dictū qđ defraudet: & quasi fraudē patiatur. h Tenuisq; lageos. Lageos est q̄ latine leporaria dicit. tenuis aūt penetrabilis: q̄ cito descēdit in uenas. i Tētatura pedes. Teren. Neq; pes: neque manus suum satis officium facit. k Olim aduerbium est cuiuslibet temporis. l Purpurę: purpurei coloris. m Precięque. Hę cito maturescūt: unde & precię dictę sunt: quasi pręcoquę: quod ante alias coquātur. n Quo te carmine dicam Rhetica: Hanc uuam Cato pręcipue laudat in libris quos scripsit ad filium. contra Catullus eam uituperat: & dicit nulli rei esse aptam: miraturque cur eam laudauerit Cato. Sciens ergo utrumque; Virgilius medium tenuit dicens. Quo te carmine dicam Rhetica? o Nec cellis ideo contende Falernis: id est licet sis a Catone laudata: tamen uino te campano pręferre non debes. Cellis autem apothēcis dicit. Nam cellas uinarias dicimus. Et Falernus mons est campanię: in qua optima uina nascūtur. p Sunt & amynneę uites firmissima uina. Amynneum uinum dictum est: quasi sine minio. i. rubore: nam album est. Sane amynneę dici uersus probat: qui stare non potest si amynneū dixeris. q Tmolus assurgit. Duplex est hoc loco expositio. Nam alii uolunt sine dubio in subauditione esse positam: quę aperte dicere non possumus: ut sit quibus uinis assurgit. i. cedit. & Tmolus: & phaneus. qđ si apte dicatur est utrūque uitiosum: tñ uinis de gręco traxit: Nā οἴνοις dicit: Pleraq; aūt subaudiri quę apte dicere nō possum⁹: & ipse alibi docet: dicēs de alecto: Nec dextrę erranti de⁹ abfuit: qđ penit⁹ dicere nō possum⁹: cū Alecto fęmininū sit. Et Salusti⁹ qui ait. Quia sertorio triplices īsidię p idoneos salt⁹ positę erāt: pria & subaudiēdū reliquit īsidia. qđ pēit⁹ dicere nō possum⁹. Alii āt ad supiora referūt: ut quib⁹ nō ad uina referaē sed ad uites: ut sit quib⁹ uitib⁹ cedit Tmolus & phane⁹ mōtes uitib⁹ cōsiti. Et ē figura: qualis illa in ęneide. Me puer Ascani⁹: capitisq; iniuria cari. Quē regno hespię fraudo. s. Ascaniū: s. quē caput. Tmolus āt mōs ē cilicię: & phane⁹ mōs ē in pmōtorio Chii dict⁹ a Phaneo rege. r Assurgit uero cedit significat. qđ tractū est a sedētib⁹ qui in honore alic⁹ surgere cōsueuerūt. s Rex ipse Phane⁹ de Lucillio tractū est: qui ait. τίοσ τέλυος ... οἶνος. t Argitisq; minor quātū ad spē; solā ptinet. u Et mē. ac. s. e. pomorū. s. x Bumaste: uua in mānę bouis similitudine: y Quā mul. spēs. scit apud diuersos lecta ēe innūer: enera: quib⁹ offensus ait. Colligere tāta uini genera: nec utile esse nec possibile. qui ei; conat̄ uniuersa cognoscere. debet etiā impossibilia scire: ut harenarū uel fluctuū numera.

Miraturque nouas frondes: & non sua poma.
Prǽterea genus haud unū: nec fortibus ulmis:
Nec salici, lotoq;: nec ideis cyparissis:
Nec pingues unam in faciem nascūtur oliuæ
Orchades: & radii: & amara pausia bacca:
Pomaq;: & alcinoi siluæ: nec surculus idem
Crustumiis: syriisq; piris: grauibusq; uolemis.
Non eadē arboribus pēdet uindemia nostris:
Quā methymnæo carpit de palmite lesbos.
Sunt thasiæ uites: sunt & mareotides albæ.
Pinguibus hę terris habiles: leuioribus illæ.
Et passo psythia utilior: tenuisq; lageos
Tentatura pedes olim: uincturaq; linguam.
Purpureæ: præciæque: & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende falernis.
Sunt & amynneæ uites firmissima uina.
Tmolus assurgit quibus: & rex ipse phaneus:
Argitisq; minor: cui non certauerit ulla
Aut tātū fluere: aut totidem durare per annos.
Non ego te dis & mensis accepta secundis
Trāsierim: rhodia & tumidis bumaste racemis:
Sed neq; quā multæ species: nec noia quæ sint

z Nec uero terrae: aut generale est: Sicut ait in primo. Et quid quęque ferat regio: & ad superiora pertinet: ut talis sit sensus. Non prodest nosce cuncta uitium genera: nec enim omnia procreantur in omnibus terris. a Crassis palu dibus: lutosis naturaliter. b Littora myrtetis lętissima: locum posuit pro ipsis arboribus: sicut salictum pro salicibus: Nam myrtetū est locus: ipsa arbor autem myrtus uocatur. c Apertos bacchus amat colles. Hinc est q̄ uites amāt montiū laxiora. d Aspice & extremis: intuere & extremū orbem cum suis cultoribus domitū: nam subaudiamus cum: & per transitū maiestatē Romani laudat imperii. e Eoasque domos. f Arabum: Arabia Pancaia: & Sabea gens eadem est: apud quā tus nascitur: ut solis est turea uirga sabeis. Ite: totaque turiferis pancaia pinguis harenis. Plautus: Arabico ture. g Pictosque gelonos. i. stigmate habentes: & sunt populi Scythię: ut pictique agathyrsi. h Diuisę arboribus patrię: regiões ut Italiā quęro patriā i Sola India nigrū fert hebenū. atqui in ęgypto nascitur: sed Indiam oēm plagam ęthiopię accipim⁹ k Sane hęc hebenus & hoc hebenū dicitur: hic neutro usus est. Lucanus aūt ait. Hebenus mareotica uastos Non operit postes. Hebenus āt arbor est quę cęsa durescit in lapidē. l Balsamaque uacatque: ut alibi. Dixitque & pręlia uoce diremit. Sane balsamū est ipsa arbor. Opobalsamū succus collectus ex arbore. Nam ὀπὸς dicitur succus. ξύλου lignū. unde xylobalsamū lignū ipsius arboris. Probatio aūt opobalsami est ut dicit Plini⁹. Si contra solem feratur: & corruptū non sit manū ferētis exurit. m Et baccas semp frōdētis achanti. Achantus arbor est in ęgypto semp frondēs ut oliua: laurusq: & achant⁹ dicta: quasi spinis plena Nam est spinosa arbor. Abundat hęc etiam in cyrenaica insula. n Velleraque ut foliis apud Indos & seres sunt quidā in arboribus uermes: qui bombices appellātur: qui in arancarū morē fila tenuissima deducūt: unde est sericū: nam lanam arboreā non possumus accipere: que ubique procreatur. o Oceano propior gerit India lucos: Hęc enim hēt arbores magnas: quę est iuncta Oceanū. Hinc est extremi sinus orbis. p Depectāt: decerpant. Sed alii depectat legunt: quod si est: seres posuit pro ser: sicut trabes p trabs. Sic Lucan⁹. Subiuga iam seres: iam barbarus isset araxes. q Non tarda. i. strēnuissima: nā est liptotes figura. r Media fert tristes succos: dī sine sibilo proferenda est. grecum enim est nomen. Et Media prouincia est. Tristes aūt amaros: ut Tristesque lupini. s Tardūque saporem: felicis mali. Apud Medos nascitur quedam arbor ferens mala quę medica uocatur: quam per periphrasim ostendit eius supprimens nomen.

Est nūerus: neq3 eiz humero cōprehēdere refert:
Quē qui scire uelit: lybyci uelit ęquoris idem
Discere: quā multę zephyro turbetur harenę.
Aut ubi nauigiis uiolētior incidit eurus:
Nosse quot ionii ueniant ad littora fluctus:
Nec[z] uero terrę ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices: crassisq3[a] palludibus alni
Nascūtur: steriles saxosis montibus orni.
Littora[b] myrtetis lętissima: deniq3 apertos[c]
Bacchus amat colles: aquilonē & frigora taxi.
Aspice[d] & extremis domitū cultoribus orbem:
Eoasque[e] domos arabum[f] pictosque[g] gelonos.
Diuisę[h] arboribus patrię: sola[i] india nigrum
Fert hebenum[k]: solis est turea uirga sabęis
Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamaq3:[l] &[m] baccas semp frōdētis achanti.
Quid nemora ęthiopū molli canētia lana
Velleraque[n] ut foliis depectāt[p] tenuia seres.
Aut quos oceano[o] ppior gerit india lucos
Extremi sinus orbis: aut aera uincere summū
Arboris haud ullę iactu potuere sagittę.
Et gens illa quidē sūptis non[q] tarda pharetris.
Media[r] fert tristes succos: tardūq3[s] saporem
Felicis[t] mali: quo non prę stantius ullum
Pocula si quando sęue[u] infecere nouercę.
Miscueruntque herbas: & non[x] innoxia uerba
Auxilium uenit: ac membris[y] agit atra uenena.
Ipsa ingens arbos: facieque[z] simillima lauro.

Hanc plerique citrum uolunt. Quod negat Apuleius in libris quos de arboribus scripsit. Et docet longe aliud esse genus arboris. Tardum autem saporem dicit uix intelligibilem: quod illi ad carnem mediam citri referunt. Nam prima & inferior facile suum ostendit saporem. t Felicis mali: secundum eos qui dicunt Citrum fęcundum. Nam hęc arbor Citrus omni pene tempore plena est pomis: quę in ea partim matura & partim acerba, partim adhuc in flore sunt posita: aut certe felicis salubris. Nulla enim efficacior res est ad uenena pellenda. u Sęue nouercę: aut illę quę sęuę sunt: aut epitheton est omnium nouercarum. x Non innoxia uerba: liptotes figura est. id est nocentissima. Et est argumētum quasi parum putet uenena miscere: nisi etiam magicos cantus addiderint. y Membris agit atra uenena: Radices: Nuces: Lupini: Citrum: Apium: prosunt contra futurum non contra iam acceptum uenenum. Vnde etiam ante ullas alias epulas hęc solebant mensis apponere. Apparet ergo non eum de Citro loqui in presenti quum dicit. Membris agit atra uenena iam data.
z Facienque simillima Lauro. Figura Ciceronis: qui ait in Cęsarianis. Sed simillimum deo iudico

Sane ēt hoc ꝓbat citrū non eē. nā citri arbor multū nō pōt crescere: & multa hēt folia maiora quā laur⁹. a Si nō aliū late & infinitū emittit suū odorē: & lōge aliū quā laurus. b Flos apprima tenax appria .i. maxie. & est nomē pro aduerbio: sicut & pede terrā crebra ferit pro crebro. c Animas λυσπνῶιαν .i. pulmonis uitiosū anhelitū: qd̄ exprimit subdēs. Senib⁹ medicātur anhelis. d Olētia ora putrētia .i. λυσωλίαν oris. Notādū sane huic uni tantū arbori incubuisse Virg. & expressisse ubi qualis sit: cui⁹ potestatis: sicut in quarto de herba amello. Qd̄ qui de arboribus aut herbis scripserūt in oībus exequitur. e Sed neq; Medorū siluę. Iam incipit laus Italię quā exequitur sedꝫ

Et si non alium late iactaret odorem:
Laurus erat: folia haud ullis lābentia uentis:
Flos[b] apprima tenax: aīas[c]: & olentia[d] medi
Ora fouent illo: & senibus medicātur anhelis.
Sed[e] neq; medoꝝ siluæ ditissima terra.
Nec pulcher gāges[f]: atq; auro turbidus hermus[g]
Laudibus[h] italiæ certent: non[i] bactra: neq; indi
Totaq; turiferis pancaia[k] pinguis harenis.
Hæc[l] loca non tauri spirātes naribus ignem
Inuertere: satis imanis dentibus hydri.
Nec galeis densisq; uirū seges[m] horruit hastis.
Sed grauidæ[n] fruges & bacchi massicus humor[o]
Impleuere: tenēt oleæq; armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus[p] infert.
Hinc[q] albi clitunie greges: & maxima[r] taurus
Victima: sæpe[s] tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deum duxere[t] triūphos.
Hic[u] uer assiduū: atq; alienis mēsibus æstas.
Bis[x] grauide pecudes: bis[y] pomis utilis arbos.
At[z] rabidæ tigres absunt: & sæua[a] leonum
Semina: nec[b] miseros fallūt aconita legentes.
Nec rapit imensos orbes per humū: neq;[c] tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis
Adde[d] tot egregias urbes: operūq; laborem:
Tot congesta manu præruptis oppida saxis:
Fluminaq;[e] antiquos subterlabentia muros.
An mare[f] qd̄ supra meorem, quodq; alluit infra.
An ne lacus tantos: te[g] lari maxime, teque[h]

præcepta rhetorica. nā dicit eā & habere bona oīa & carere malis uniuersis. f Ganges Indię fluuius: p quē ꝓuītia significatur. g Hermus: Lydię fluuius hareas aureas trahēs h Laudibus Italię certet: figuratę: naꝫ certo tecū dicim⁹. i Non bactra: regio iuxta Assyrios: ūde & populi bactriani. k Pancaia: arabia ut supra diximus. l Hęc loca nō tauri spirātes narib⁹ ignē: quales fuerūt in in colchidē ciuitate Scythię. Naꝫ hoc hēt fabula. Iason colchos ꝓfectꝰ ad tollēdū uellus aureū: qd̄ dicarat Marti phryx⁹: fretus Medeę auxilio: & puigilē draconē occidit: & eius dētes seuit: iunctis tauris ignē flātib⁹: ūde nati armati sūt: qui primū fecerūt ipetū in Iasonē frustra: postea mutuis uulneribus se cōciderūt. Has aūt ei coditōes Oetes rex ꝓposuerat: cui Apollo rñderat tā diu eū fuisse regnaturū quā diu illud uell⁹ fuisset i tēplo. m Seges horruit: horribilis apparuit ñ placuit Seges āt quia de semie: n Grauidę fruges: large abūdantes. o Massic⁹ hūor .i. uinū capanū: a massico mōte cāpanię p Arduus: celsus. q Hinc albi clitūnie greges: & maxīa taurus uictima: clitūnc uocatiuus est. Clitūnus aūt fluui⁹ ē in meuania: quę ꝑs ūbrię ꝑtis thuscię. De quo fluuio dicit Plinius in historia naturali: ꝙ aīalia quę eū potauerūt albos fętus creāt. r Maxīa uictīa: quia triūphātes de albis tauris sacrificabāt. s Sępe tuo ꝑfusi flumine sacro: flumīe fluento. Perfusi aūte tauri qui ante triūphātes usqꝫ ad tēpla ducebātur: aut ante ꝑfusi greges itelligamus. qd ad equos triūphales pōt referri. t Duxere triūphos: si equi duxerunt si boues deduxerunt. u Hic uer assiduū atque alienis mēsibus ęstas: uer assiduum uerna temperies. nā uer ꝓprie assiduū eē non potest seu longum. x Bis grauidę pecudes: uerū est. Inde etiā est in bucolicis. Lac mihi non ęstate nouū non frigore defit. y Bis pomis utilis arbos .i. bifere sūt arbores. z At rabidę tigres absūt: malū armenię. a Et sęua leonū semia: malū Lybię: semia: genera. Et est Lucretii sermo: nā ꝙ ait sęua: aut crueta accipim⁹. aut re uera sęua semia: ut eiꝫ ait Pli.. Animalia q̄ sunt cū acutis ūguib⁹ frequēter parere nō pñt. uitiātur eiꝫ intrinsecus se mouētib⁹ pullis. b Nec miseros fallūt acōita legētes. Mira arte usus est ut excusaret rem quā negare non poterat. nā aconita nascūtur in Italia: sed ea nō obesse dicit: quia sūt oīb⁹ nota. Aconita āt nata dicūtur eē de spumis cerberi: quo tpe Hercules eū ab iferis traxit. Qd̄ quia in saxis & cotib; nascīt aconitū dicit̄ ἀπὸ τῆσ ἀκόνησ. id est a cote: & dicim⁹ τὸ ἀκόνιτον καὶ τὰ ἀκόνιτα. c Neq; tanto squameus: Sūt quidā serpētes in Italia: sed non tales quales in ęgypto: aut in Africa. in spira aūt dicit in collectionē uolubilitatis: qd est a funibus tractū. d

d Adde tot egregias urbes. Laudat Italiam a ciuitatibus: quas & plures habet & maximas & opportunissimi collocatas. e Fluminaque antiquos subterlabentia muros. Quod laudat etiam Cicero in re publica. f Mare quod supra. id est mare Adriaticum. Quodque alluit infra. id est Thyrrenum. g Te lari: Maxime larius est lacus uicinus alpibus: qui iuxta Catonem in originibus per sexāginta tenditur milia. Et larius lari uocatiuus facit: sicut Iusius iuli: Mercurius mercuri. h Teq; ue fluctibus & fremitu assurgens Benace Marino.

Benacus lacus est Italię: qui magnitudine sui tēpestates imitatur marinas. assurgēs aūt uocatiuꝰ est casus: ut sit memoré & te o Benace assurgēs. i. tumescēs. Fremitu marino aut certe āptotos est. i. casus pro casu assurgēs pro assurgentem. i An memorē portus lucrino que addita claustra: in baiano sinu campanię cōtra puteolanā ciuitatē duo lacus sunt. Auernus: & Lucrinus: qui olim ꝓpter copiam pisciū uectigalia magna pręstabāt. Sed quū maris impetꝰ plerūque irrūpens exinde pisces excluderet: & redēptores grauia dāna paterētur supplicauerūt senatui: & ꝓfectus C. Iulius Cęsar ductis brachiis exclusit partem maris: quę ante infesta esse cōsueuerat. Reliquit breue spaciū per

Fluctibus: & fremitu assurgens benace marino:
h Spaciis exclusus iniquis. angustis, ut spacioque subit sergestus iniquo. Et dicit se carminis breuitate constrictū hortos plenius non posse describere. i Aliis post memoranda relinquo Cargiliū Martialē significat. Naturas apibus quas Iuppiter ipse. k Addidit. naturas pro moribus posuit: aut dedit significat: aut re uera addidit. Necesse enim est eas etiā āte habuisse aliquos mores ꝓprios. Pro qua mercede: ordo est. Expediā naturas apum: que canoros curetū sonitus: crepitātiaque ęra secutę Dictęo cęli regem pauere sub antro. pro qua mercede. id est gratia uel labore: sole cōmunis natos. Nam etiam donatus dicit. Tragicū est: & ultra carmen georgicū si accipiam⁹ pro qua mercede ex clamatione esse: ut sit: pro quanta hoc mercede fecerūt: ut scilicet Iouem alerent: quem Ops Saturni uxor curetibus coribātib⁹: & idęis dactylis custodiendū dedit in monte cretę dictęo: ne eum Saturnus consumeret: ut filios oēs solebat. Quod ideo fingitur: quia Saturnus ut diximus temporū deus est: quę in se reuoluūtur in eternum. Tunc itaque apes ęris sonum secutę Iouem melle aluisse dicuntur. pro qua re eis postea pręstitit Iuppiter ut haberent liberos sine ullo concubitu. l Sole cōmunis natos Plato in libris quos περὶ πολιτείας. id est de re publica scripsit. dicit amori rei publice nihil esse pręponendū. Omēs pręterea & uxores & liberos ita nos tanquā cōmunes habere debere: ut charitas sit non libido confusa. Quod pręceptum nullū dicitur pręter apes seruare potuisse. m Magnis agitant sub legibus. id est ęternis nūquā mutabilibus. Iisdem enim legibus semper utitur: nec eas ut homines sępe cōmutant. n Nouere penates: charissimos habent: ut hęc inter flumina nota id est chara. o Et in medium quęsita reponunt: quęsita: & parta in cōmune reseruant. Ipse alibi. In medium quęrebant: ut uictu uigilant: pro uisctui p Fędere: pacto: scilic; ut uicissim in aluearibus: uel agris laborent. q Narcissi lachrymam humorem. Quod autem ait narcissi lachrymā: allusit ad fabulam: quia ut diximus de puero est cōuersus in florem. r Prima fauis ponūt fundamina: grece προβολην locāt duriore cęra: quę uix ferro potest frangi: quam colligūt de gūmi arborū & de rasis lapidibus. unde paulo post dicet. Sępe etiam duris errando in cotibus alas attriuere: s Tenaces ceras: mela tenentes. t Adultos educunt fętus: quos educendo adultos faciūt. u Cecidit custodia forti: a forte: nam aduerbiū est: quod traxit a militia: Legimus enim. Partibus ęquabat iustis: aut sorte trahebat. x Ac ueluti lentis: comparatio ad festinationē; pertinens solam. y Cecropias: Athenienses a rege Cecrope Atticę regionis: ubi optima mella nascūtur: z Innatus: insitus. a Vrget: pręmit. b Grandeuis oppida curę: sicut senes muros tuentur: nec in bella ꝓrūpūt. c Dędala tecta: ingeniosa: ut Dędala circe. d Crocūque rubentem. Salustius in historiis ait. In qua crocum gignitur genere neutro secūdū artē usus ē: hic poetice masculino referēs se ad puerū: q in hūc florē dicit cōuersus. e Ferru. hyacin. ferruginei. i. nigri coloris. f Tūc corpora curant

Verum hæc ipse equidem spatiis[h] exclusus iniqꝫ
Prætereo: atqꝫ aliis[i] post cōmēoranda relinquo.
Nunc age naturas apibus quas iuppiter ipse
Addidit[k] expediā pro qua mercede canoros
Curetū sonitus crepitātiaque æra secutæ
Dictæo cæli regem pauere sub antro:
Solæ[l] cōmunis natos consortia tecta
Vrbis habent: magnisqꝫ[m] agitāt sub legib⁹ æuūꝫ
Et patriam solæ & certos nouere[n] penātes.
Vēturæqꝫ hyemis memores æstate laborem
Expiūtur & in medium[o] quæsita reponunt:
Nāque aliæ uictu uigilāt: & fœdere[p] pacto
Exercētur agris: pars intra septa domorum
Narcissi[q] lachrymā: & lentum de cortice gluten:
Prima[r] fauis ponūt fundamina: deinde tenaces[s]
Suspēdunt cæras: aliæ spem gentis adultos[t]
Educūt foetus: aliæ purissima mella
Stipant: & liquido distendūt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit[u] custodia sorti:
Inque uicem speculātur aquas: & nubila cæli
Aut onera accipiūt uenientiū: aut agmine facto
Ignauū fucos pecus a præsepibus arcent:
Feruet opus: redolētqꝫ thymo fragrātia mella
Ac[x] ueluti lentis cyclopes flumina massis
Cum ꝓperant: alii taurinis follibus auras
Accipiunt: reddūtqꝫ: alii stridentia tingunt
Aera lacu: gemit impositis incudibus ætna:
Illi inter sese magna ui brachia tollunt
In numerꝫ: uersantqꝫ tenaci forcipe ferrum:
Non aliter si parua licet componere magnis
Cecropias[y] innatus[z] apes amor urget[a] habendi
Munere quaqꝫ suo: grandeuis[b] oppida curæ
Et munire fauos & dædala[c] fingere tecta:
At fessæ multa referūt se nocte minores
Cura thymo plenæ: pascūtur & arbuta passim
Et glaucas salices. casiāqꝫ crocūqꝫ[d] rubentem
Et pinguem tiliam: & ferrugineos[e] hyacinthos.
Oīnibus una quies: operꝫ labor oīnibus unus.

Mane ruūt portis: nusquā mora: rursus easdem
Vesper ubi e pastu tandem decedere campis
Admonuit: tum tecta petūt: tum corpora[f] curāt:
Fit sonitus: mussantq; oras: & limina circum.
Post ubi iam thalamis se cōposuere siletur
In noctē: fessosq; sopor[g] suus occupat artus.
Nec uero a stabulis pluuia impēdēte recedūt
Longius: aut[h] credūt cælo: aduētātibus euris:
Sed circū tutæ sub[i] mœnibus urbis aquātur:
Excursusq; breues tentant: & sæpe lapillos:
Vt cymbæ instabiles[k] fluctu iactāte saburram:
Tollunt his sese per inania nubila librant.
Illum adeo placuisse apibus mirabere morem
Quod nec cōcubitu[l] indulgēt: nec[m] corpa segnes
In uenerē soluūt aut fœtus nixibus[n] edunt.
Verū ipsæ natos folus: & suauibus herbis
Ore legūt: ipsæ regem paruosq; quirites
Sufficiūt: aulasq; & cærea regna[o] refigunt:
Sæpe etiā duris errando in cotibus alas
Attriuere: ultroq; animā sub[p] fasce dedere.
Tantus[q] amor florum & generādi gloria mellis.
Ergo ipsas quāuis angusti terminus æui
Excipiat: neq; enim plus septima ducitur æstas:
At[r] genus imortale manet: multosq; per annos
Stat fortuna domus[s]: & aui numerātur auorum
Præterea regem non sic ægyptus: & ingens
Lydia: nec populi parthorū: aut medus hydaspes
Obseruāt: rege incolumi mēs omibus una est:
Amisso rupere fidem: cōstructaque[x] mella
Diripuere ipsæ & crates soluere fauorum
Ille operū custos: illum admirātur: & omnes.
Circūstant fremitu denso: stipātque[y] frequētes
Et sæpe attollunt[z] humeris & corpora bello
Obiectāt: pulchrāque[a] petūt per uulnera mortē.
His[b] quidā signis atque hæc exempla secuti
Esse apibus partem diuinæ mentis: & haustus
Aethereos[c] dixere: deum nāque ire per omnes
Terrasq; tractusq; maris cælūque pfundum
Hinc pecudes armenta uiros: genus omē ferarū
Quēque sibi tenues nascentē arcessere uitas

id est se reficiūt: ut fessique & equos & corpora curāt. Sane curare corpus si de hoibus dicim⁹: & cibo & lauacro intelligimus: aut alterutro si de apibus tantū cibo accipim⁹. g Sopor suus: ipsis apt⁹. h Aut credūt cęlo. s. suos uolat⁹. i Sub mœnib⁹ urbis aquātur: aquā hauriūt ex uicino. k Instabiles: fluctuātes. l Cōcubitu indulgēt: p cōcubitui datiuus est: nā indulgeo illi dicim⁹. m Nec corpora segnes. In uenere soluūt. i. in libidine nō resoluūtur: Persius. Ille in uenerē putris ē. n Nixib⁹: partub⁹. ūde & enixa dicim⁹. o Regna refigūt. i. figunt. p Sub fasce: sub onere: ut. iniusto sub fasce uiam. d. c. q Tātus amor florū: supra de equis. Tātus amor laudū tātę est uictoria curę. r At genus imortale manet. s. p successionē. s Domus familia: ut. Da ppriā tymbrçę domū. t Nec populi parthorū: aut medus hydaspes: fluuius medię. De his aūt gētibus Salustius dicit. Adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis: quas gētes tamē apes dicit amore circa regem supare. Virgilius rege: u Obseruat ueneratur: alias obseruare est caside aduertere. Terētius. Obserues filiū: quid agat: quid cū illo cōsilii captet. x Cōstructaque melle: Diripuere ipsę: quę etiā ipsę aiam colligēdo melld impēdere cōsueuerūt: ut. Vltroq; aiam sub fasce dederūt. y Stipātque frequētes: quasi quodā satelliton ambiūt. z Attollūt humeris ętate. s. fessum. a Pulchrāq; petūt per uulnera mortē: gloriosam mortē. quippe quę pro rege suscipitur. Traxit aūt hoc de celtiberorū more. qui ut in Salustio legim⁹ se regib⁹ deuouēt: & post eos uitam refutāt. b His quidā signis atque. hęc exēpla secuti. Esse apib⁹ partē diuinę mētis. Sane locū hūc plenius est executus in sexto: quē hoc loco breuiter colligit. ut pbet etiā apes partē habere diuinitatis. nāque oia animalia ex quattuor elemētis: & diuino spiritu cōstare maīfestū est. Trahūt enim a terra carnē: ab aqua humorē: ab aere anhelitū: ab igne feruorē: a diuino spiritu ingeniū. quod quia est in apibus: sicut etiā in hoibus: nāque metuūt: cupiūtque: dolētque: gaudētq;. quę pbātur ex his quę faciūt. dimicāt enim: colligūt flores: prouidēt pluuias: fateamur. Necesse est etiam apes partē habere diuinitatis. Vt aūt hoc exēplis. i. rebus similibus cōprobaret. Lucretius secutus est. qui dicit ea quę per se pbare non possumus a similibus cōprobāda: Ve otūque docet esse corporalem: non quod eum tenere: uel cernere possumus: sed quod eius similis aquę effectus est: quam corporalem esse manifestum est. c Haustus ęthereos: diuinos spiritus. Deum nāque ire per omnes terrasque tractusque maris. Ipse in sexto. Cęlū ac terras camposq; liquētes spūs int⁹ alit: Luca. Iuppiter est quocunque uides quocuoque moueris. Hinc. id est a deo & diuino spiritu sumunt omnia: cum nasci cęperint uitam: cęterum corpus ex quattuor elementis est: ut diximus supra. scilicet huc reddi. Sine dubio etiam cuncta dissolui incipiunt: & redire rursus in originem suam necesse est: nec esse locum morti: id est perditioni. Nil enim est quod perire funditus possit cum sit τοπαγ. id est omne quod redeunt uniuersa resoluta. Res autem hęc quę mors uocatur non est mors: quippe quę nihil perire facit: sed resolutio.

Vnde mors a plerisq; bene interitus dicta est: quasi interueniens: & mixtarū rerū conexionē resoluēs. Lucre. Nam cōtinuo hoc mors est illius qd fuit ante cōnexio. d Si quādo sedē augustā .i. aluearia. Et ꝓprie augustū est tectū augurio cōsecratū. Abusiue augustū nobile: quasi maiestatis plenū. e Thesauris .i. repositiōib⁹: ac si diceret apothecis. f Haustus sparsus aquarū: pro spergēs, participiū pro participio. g Ore foue ipsos haustus. s. & dicit spargendo aquā mitare pluuiā. h Fumos pretēde sequaces: fumū etiā ꝓfer. s. ut cū his reb⁹ territę illę discesserint: impune possis mella colligere. Alii legūt. Ore faue: ut sit tace: ut etiā ipse in quinto. Ore fauete oēs. Ora. Fauete linguis. i Sequaces fumos. quippe apū psecutores: ut Maleę q; sequacib⁹ ūdis. k Bis grauidos cogūt fętus. id est gemia fęcūditas mellis. l Duo tēpora messis fruct⁹. Iuuena. Verā deprēdere messe; Si libet Taygete simul os. m Taygete una est de pleiadib⁹. vii. ut aiūt etiā supra diximᵘ. Bis mel pręcipit colligēdū orietib⁹ pleiadibus. i. uerno tpe: & quū occidunt: autūnali. s. tpe. n Oceani spretos pede reppulit ānes. Homeri ē. παρεκε υοτοροάων. Amnes aūt bñ ait: quia in morē fluminis fluēta reditura ꝓrūpūt. o Aut cadē sidus. australē piscem significat: qui aquarii undā ore suscipit. Vñ & aquosi addidit. tūc enim piscis hic oritur quo tēpore pleiades occidūt. naq; ideo ait fugiēs. p Tristior: uel ꝓpter occasū: uel pp ꝓpinqtatē iam hiemis aspitatē. Illis ira modū supra est. excedūt in irascēdo modū. nā cū suo irascuntur interitu. q Spicula cęca: breuia q̄ latere pñt. r Aiasq; in uulnere ponunt nō in suo: s; a se illato. & āphibolicos dictū est: ut alibi cū turni iniuria matrē admonuit: quā inferebat. s. non quā patiebat. Itē Salu. Iniuria ualidorū: s. quā inferebāt ualidiores. s Res miserabere fractas. i. afflictas. t Suffire tymo: suffumigare. Vt exinde inimica illis aialia fugiāt. u Cęrasq; recidere manes: sine melle: & sane hoc dicit si nihil habuerit in aluearib⁹: uel te tollēte: uel ex edētib⁹ prauis aialib⁹ apib⁹ minutatim incisam cęram ministra. Stelliōes uero: & cętera thymi fumo ab eis repelle. x Ignot⁹ stellio: ignobilis. uel ex improuiso ueniens. y Adedit: cōsūpsit. z Lucifugis blactis: p noctē uagātib⁹. Immunis a labore. s. uētri tantū indulgēs. a Imparibus armis: inęquali cōsilio: nā apes laborāt: iste cōsumit alibi. Et quęre cōsci⁹ arma. i. cōsiliū. b Inuisa mineruę laxos in foribus suspēdit aranea casses. Araneā inuisam mineruę: iō dicit q̄ ab eo in hoc animal puella lyda cōmutata est: cū deā lanificio ꝓuocasset; inferior Sane Virg. cōfūdit. Tamē scīedū maiores aial ipsū masculino genere appellasse hic araneᵘ. Ręcia uero quę faciūt feminino genere. c Casus api. quo. no. ui. ru. uitę lōgitudo morborū creatrix: sicut in bucco. Olycida uiui peruenim⁹. d Cōtinuo est ęgri. ali. co. i. pallidus: quia dixit supra. Ardētes auro & paribus litta corpora guttis. e Tristia fu. du. cum exequiali. s. pōpa. & ducere ꝓprie funerū est. Persius Nerio. iam tertia ducitur uxor. f Aut il. ped. con. ad li. pen. Hinc multi dictas apes esse uolunt quod se pedibus inuice tenēt: licet crebrior sit illa opinio q̄ sine pedibus primo esse dicūtur: ut trunca pedū; primo tractim sine intermissiōe: iugiter.

g Frigidus ut quondam. Vt mare sollicitum stridet. Tres cōparationes singulis implerę uersiculis de Homero trāslatę sunt: quas ille binis uersib⁹ posuit. h Hic iam galbaneos suadebo icadere odores. id est quū iam hic ꝓcesserit

Scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri
Omnia nec morti esse locum. sed uiua uolare
Sideris in numerū: atque alto succedere cælo:
Si quādo[d] sedē augustam seruataq; mella
Thesauris[e] relines: prius haust⁹[f] sparsus aquarū
Ore[g] foue: fumosque[h] manu prætende sequaces[i]
Bis[k] grauidos cogūt fœtus: duo tēpora[l] messis
Taygete[m] simul os terris ostendit honestum
Pleias: & oceani[n] spretos pede reppulit amnes:
Aut[o] eadem sidus fugiens ubi piscis aquosi
Tristior[p] hibernas cælo descendit in undas.
Illis ira modū supra est: læsæque uenenū
Morsibus inspirāt: & spicula[q] cæca relinquūt.
Affixæ uenis animasque[r] in uulnere ponunt.
Sin duram metues hiemē; parcesq; futuro:
Contusoque animos: & res[s] miserabere fractas:
At[t] suffiræ thymo: cerasque[u] recidere inanes
Quis dubitet: nam sæpe fauos ignotus[x] adedit[y]
Stellio: & lucifugis[z] congesta cubilia blactis:
Immunisque sedens aliena ad papula fucus:
Aut asper crabro imparibus[a] se imiscuit armis
Aut dirum tineæ genus: aut inuisa[b] mineruæ
Laxos in foribus suspendit aranea casses
Quuo magis exhaustæ fuerint: hoc acrius oēs
Incūbent generis lapsi sarcire ruinas.
Cōplebūtq; foros: & floribus horrea texent.
Si uero: quoniā casus[c] apibus quoq; nostros
Vita tulit: tristi languebūt corpora morbo
Quod iam non dubiis potens cognoscere signis
Continuo[d] est ægris alius color: horrida uultū
Deformat macies: tum corpora luce carentū
Exportant tectis: & tristia[e] funera ducunt.
Aut[f] illæ pedibus connexæ ad limina pendent:
Aut intus clausis cūctantur in ædibus oēs
Ignauæq; fame & contracto frigore pigræ
Tum sonus auditur grauior: tractimq; susurrant
Frigidus[g] ut quondā siluis imurmurat auster:

Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis:
Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.
Hic[b] iam galbaneos suadebo incendere odores:
Mellaque arundineis inferre canalibus ultro
Hortantē:& fessas ad pabula nota uocantem.
Prodent & tonsum gallæ admiscere saporem.
Arentesq; rosas aut igni pinguia multo
Defruta oel psythia passos de uita racemos
Cecropiūq; thimū & graue olentia centaurea.
Est[i] etiam flos in pratis: cui nomen amello
Fecere agricolæ facilis quærētibus herba.
Nāque imo ingentē tollit de cespite siluam
Aureus[k] ipse: sed in foliis quæ plurima circum
Fundūtur uiolæ[l] sublucet purpura nigræ
Sæpe deum nexis ornatæ torquibus aræ:
Asper in ore sapor: tonsis[m] in uallibus illum
Pastores & curua legunt prope[n] flumina mellæ
Huius adorato radices incoque baccho.
Pabulaq; in foribus plenis appone canistris.
Sed[o] si quem proles subito defecerit omnis
Nec genus unde nouæ stirpis reuocetur habebir
Tēpus & arcadii[p] memorāda inuenta magistri
Pādere quoq; modo cæsis[q] iam sæpe iuuencis
Inscyncerus[r] apes tulerit cruor: altius[s] omnem
Expediam prima repetens ab origine famā:
Nam qua pellæi[t] gens fortunata canopi
Accolit effuso stagnantem flumine nilum:
Et circum pictis[u] uehitur sua rura phasellis:
Quaque pharetratæ uicinia persidis urget:
Et diuersa ruens septem discurrit in ora:
Et uiridem ægyptæ nigra[x] fæcundet arena
Vsque coloratis amnis deuexus ab indis:
Omnis in[y] hac certam regio iactate salutem.
Exiguus p̄mu3 atq; ipsos cōtractus ad usus
Eligitur locus: hunc angustiq;[z] imbrice tecti
parietibusq; præmūt arctisq; quattuor addunt
Quattuor a uentis obliqua[a] luce fenestras.
Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur: huic geminæ nares & spiritus oris.
Multa[b] reluctanti obstruitur: plagisq; perempto:
Tunsa per integram soluūtur uiscera pellem.
Sic positum in clauso linquūt: & ranea[c] costis

morbus: galbanus incēdenda est: non ut supra thymus. mel etiā in aluearia medicatū tamē est inferēdum: non ut supra ceræ manes. Tunsum gallæ saporem. multi pilas cyparissi accipiūt. i Est etiā flos in pratis: cui nome amello. Plene hanc herbam ut etiā supra arborē felicis mali exequitur. nam dicit ubi crescat: qualis sit: quid possit. k Aureus ipse flos scilicet. l Violæ sublucet purpurā nigræ. minire ait sublucet: ut ostendat purpurei coloris folia quodam nitore esse perfusa. m Tonsis in uallibus: non siluosis: unde est contra intonsi mentes. n Prope flumina mellæ. Mella fluuius galliæ est: iuxta quem herba hęc plurima nascitur. Vnde & Amella dicitur: sicut populi habitantes iuxta Lemānum fluuium alemani dicuntur. Vnde Lucanus. Deseruere cauo tentoria fixa lemāno. o Sed si quem. Miro usus est ordine: nam primo ait quēadmodum animalia apibus inimica pellenda sint: deinde quibus medicaminibus morbo possit carere: nunc dicit penitus amissæ qua possit ratiōe reparari. p Arcadii magistri Aristæi q Cęsis iuuencis: occisus uerberibus. Bono autem sermone usus est: nam cędi interdu; occidi interdū uerberari significat. r Insyncerus cruor: uitiatus corruptus. Nam ideo uerberantur ut ex putrefacto cruore uermes crescantur unde apes sint. s Altius omnē. Expediam prima repetēs ab origine famā: cōtra in ęneide. Sed sūma sequar fastigia rerū. Sane sciendū Plinium dicere de bobus apes: de equis carbones: de mulis fucos: de asinis uespas procreari. t Nam qua pellęi canopi Canopus ciuitas est iuxta Alexandriam: quā Alexander a se dictam condidit: instar Clamydis suę qui fuit de ciuitate Macedonię: quę pella nominatur. Canopus autem dicta est quasi canobus: a canabo Menelai gubernatore illic sepulto. u Pictis pha. breuibus nauiculis quibus utūtur cū stagnauerit nilus. x Nigra fęcundet arena. Nouum enim semper limū trahit qui efficit fęcūditatem. Vnde & nilus dict⁹ est quasi νέαν ἰλὺν trahens. id est nouū limū. Nam antea nilus latine melo dicebatur. y In hac certā regio iactate sa. Ponit apum repādarū salutem. Cicero. Iacta sunt fundamenta defensionis meę. Ipsos cōtractus ad usus eligitur ad sustinendū tantū. & coartandum bouis cadauer. z Angustique imbrice tecti. licet & hic imbrex lectum sit: Melius tamen secundum Plautum hęc imbrex dicim⁹. Naque ait. Fregisti imbrices meas dum te dignam sectaris simiam. a Obliqua luce fenestras. quę ex obliquo lumen infundūt: ut in horreis cernimus. b Multa reluctanti. pro multum. nomē est pro aduerbio: c Ramea fragmenta: de ramis facta. id est ramorum fragmina. Dicimus autem & hic ramus & hoc ramale. Persius. Vt ramale uetus.

Subiiciunt fragmenta: thymũ casiasq[d] recentes
Hoc geritur zephyris p̃mũ impellẽtibus undas
Ante nouis rubeãt quam prata coloribus: ante
Garula quam tignis nidum suspendat irundo.
Interea teneris[e] tepefactus in hossibus humor
Aestuat: & uiscenda modis[f] animalia miris.
Trunca[g] pedũ primo: mox & stridentia pennis[h].
Miscẽtur tenuẽ magis ac magis aera carpunt:
Donec ut æstiuis effusis nubibus imber.
Erumpere autem ut neruo pulsante sagittæ:
Prima leues ineũt siquando prælia parthi.
Quis deus hanc musæ quis nobis extudit[i] arte;
Vnde noua ingressus[k] hominũ expiẽtia cœpit.
Pastor[l] aristeus fugiens peneia tempe[m]
Amissis: ut fama: apibus morboq; famæq;
Tristis ad extremi[n] sacrũ caput astitit amnis
Multa quærẽs: atq; hac affatus uoce parentem.
Mater[o] cyrene mater quæ gurgitis huius
Ima tenes: quid me præclara stirpe deoꝝ
Si modo quẽ phibes pater ẽ thymbræus apollo
Inuisum fatis genuisti: aut quo tibi nostri
Pulsus amor: quid me cælũ sperare iubebas:
En etiam ipsum hunc uitæ[p] mortalis honorem:
Quẽ mihi uix frugũ & pecudũ custodia[q] solers
Oĩa tentãti excuderat: te matre[r] relinquo.
Quin age & ipsa manu felices[s] erue siluas:
Et[t] stabulis inimicũ ignem, atq; intfice messes:
Vre sata: & ualidã in uites molire bipennem
Tanta[u] meæ si te cœpunt tedia laudis.
At[x] mater sonitũ thalamo sub fluminis alti
Sensit. eam circum milesia[y] uellera nymphæ
Carpebant hyali[z] saturo fucata colore.
Drymoq;[a] xantoq; ligeaque phyllodoceque
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla
Nesææque spioque thaliaq; cymodoceque
Cydippe & flaua lycorias altera uirgo:
Altera tum primos lucinæ experta labores:
Glioque & beroe soror oceanitides ambæ.
Ambæ auro[b]: pictis incinctæ pellibus ambæ
Atq; ephyre atque opis & asia deiopeia:
Et tandem positis uelox arethusa sagittis:

d Casiasq; recentes: stat in carptas. e Teneris tepefactus in ossibus humor: utpote trimi uituli: in quo plurimũ feruentis est sanguinis. f Modus uiscenda animalia miris: & quod ex cadauere nascũtur animalia: & quod apes ex uermibus procreãtur. g Trunca pedum primo. id est sine pedibus primo. Et bene addidit primo: nam postea tam pennas quam pedes accipiunt. h Pennis miscentur: inter se pennarum leuitate conoeniũt. i Extudit: studio se reppcrit. k Ingressus exordia: nam est accusatiu⁹ pluralis. Noua experientia: nullo docente ars per usum reperta. l Pastor Aristęus. Aristęus filius fuit Apollinis: & Cyrenes filię Penei fluminis Thessalię. Qui cum Euridicem nympham uxorẽ Orphei uiciare uoluisset: & illa fugiens a serpẽte fuisset occisa: nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus & cunctis apibus: matris implorauit auxiliũ. m Tempe. sunt in thessalia amęnissima. n Extremi amnis: summi: unde nascitur. Et sic dicimus. Proh superne pater. o Mater Cyrenę mater. Inuidiosum est nomine parentes uocare. Vnde est paulo post. Et te crudelem nomie dicit. Sic in duodecimo in despiratione ait. Rnitque implorãs nomine turnum. Gurgitis huius. id est Penei fluminis. Quid me inuisum fatis genuisti: nat⁹ ex diis inuisus est fatis. Sic in primo ęneidos. Nos tua ꝓgenies cęli quibus ãnuis arcem. Item. Quis te nate dea per tanta pericula casus insequitur? p Vitę mortalis honorem. Bene honorẽ ait: quia arare: animalia pascere: apes etia; habere honor erat. nam ingenti honore fuit rusticitas. Alibi. Non ullus aratro dignus honos. q Custodia solers. diligens & perita industria. r Te matre relinquo ac si diceret: sub ea perdo usum laboris sub qua augere debueram. s Fęlices siluas: fertiles. t Fer infer. Interfice messes: secundum Pytagoram: qui animã habere dicit cuncta crescentia. Vnde & alibi. Aret ager uitio moriẽs. u Tanta meę si te cęperũt tedia laudis. Tędiũ est angor mentis & animi: non corporis ualitudo. x At mater sonitum. cur non etiam uocem audiuit? scilicet quia in ima fluminis parte erat lanificiis occupata. y Milesia uellera preciosa. Cicero. Quid a milesiis lanę publice abstulerit? z Hyali saturo fuscata calore Vitreo uiridi nymphis apto. Saturo aũt largo abũdanti: aut certe Tarentino ab oppido Satureo. Iuxta Tarentũ eni; sunt baphia: in quibus tingitur lana. a Drymoque xantoq;. Hę sũt ut multi nolũt. De q̃bus ait Iuno. Sũt mihi bis septẽ pręstanti corpore nymphę. Sed magis poetice cõficta noia accipiam⁹. Sane mira uarietate hic usus est: tiã ne cõtinuatio nominũ posset creare fastidiũ: in aliis habitũ: in aliis cõmemorat uirginitatẽ: in aliis pulchritudinem. b Auro ambę pictis incinctę pellibus ambę. i. nebridas habentes: Sed hic uenatricũ est habitus: quem ideo nymphis dat: quia multas ex eis legim⁹ ex uęnatricibus factas: ut. Et tandẽ positis uelox arethusa sagittis. Notãda aũt est figura honestissima facta ex repe

Inter quas curam[c] clymene narrabat inanem
Vulcani: martisque dolos & dulcia furta
Atque[d] chao densos diuum narrabat amores.
Carmine quo captae dum fusis mollia pensa
Deuoluũt iterũ maternas impulit aures
Luctus aristaei: uitreisque sedilibus omnes
Obstupuere: sed ante alias arethusa sorores.
Prospiciens summa flauum[e] caput extulit unda:
Et procul o gemitu non frustra exterrita tanto
Cyrene[f] soror: ipse tibi tua[g] maxima cura
Tristis aristaeus penei[h] genitoris ad undam
Stat lachrymans: & te crudelem nomine dicit
Hinc percussa noua[i] mentem formidine mater
Duc age duc ad nos: fas[k] illi lumina diuum
Tangere ait: simul alta iubet discedere late
Flumina, qua iuuenis gressus inferret: at illũ
Curuata in montis faciem circũstetit unda.
Accepitque sinu uasto: misitque sub amnem.
Iamq; domũ mirãs genitricis & humida regna
Speluncisque[l] lacus clausos lucosque sonantis
Ibat: & ingenti motu stupefactus aquarũ
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat diuersa locis. phasimque[m] lycũque[n]:
Et caput unde altus primũ se erumpit enipeus[o]
Vnde pater[p] tyberinus: & unde aniena fluenta:
Saxosũsque[q] sonans hypanis: mysusque[r] caycus:
Et gemina auratus taurino cornua uultu
Eridanus[s]: quo non alius per pinguia culta
In mare purpureũ uiolentior influit amnis.
Postquã est in thalami pendentia punice tecta
Peruentum: & nati[t] fletus cognouit inanes
Cyrene: manibus liquidos dant[u] ordine fontes
Germanae: tonsisq; ferunt mantilia[x] uillis:
Pars epulis onerant mẽsas: &[y] plena reponũt
Pocula: pancheis[z] adolescũt ignibus arae.
Et mater cape meonii[a] carchesia[b] bacchi
Oceano[c] libemus ait: simul ipsa precatur:
Oceanũque[d] patrem rerũ: nymphasq; sorores
Centum[e] quae siluas: centũ quae flumina seruãt.
Ter[f] liquido ardentẽ pfudit nectare uestam:
Ter flãma ad summũ tecti subiecta reluxit:
Omine quo firmãs animũ sic incipit ipsa.

titione sermonis: ut Oceanitides ambę. Ambę au ro pictis incinctę pellibus ambę. c Curam ma nē. Diffinitio est amoris. Vulcani Martisque. Se cundũ donatũ hic est distinguendũ: & sic inferen dum: ut dolos ad Vulcanũ: furta dulcia. id est adul terium referamus ad Martem. Scimus enim q so le indicante Mars cum Venere per arte. Vulcani est religatus catenis. d Atque chao & a chao narrabat crebro amores deorũ. Sũma. e Flauum caput extulit unda. Mire per transitũ ueritate teti git: nãque Arethusę fons dulcia aquę fluenta in ter medios seruat fluctus. f Cyrene soror pro pter similitudinẽ potestatis ait soror. Nam Cyre nę thessalię. Arethusa uero de elide. g Tua ma xima cura: quem tu plurimũ diligis. h Penei ge nitoris: aut tui genitoris: aut honoris est: ut Tybri pater i Noua formidine: magna: ut Pollio & ipse facit noua carmina. k Fas illi limina diuũ tangere. Vtroque enim parente deo natus erat. l Speluncisq; lacus clausos lucosque sonãtis: mirãs per omnia subaudiamus. Lacus aũt dicit fontium & fluuiorũ receptacula. Hęc autẽ nõ sunt per poe ticam licentiã dicta: sed ex ęgyptiis tracta sunt sa cris. Nam certis diebus Nilides pueri de sacris pa rentibus nati a sacerdotib⁹ nymphis dabãtur: qui cum adoleuissent redditi narrabãt lucos eẽ sub ter ris & imensam aquam omia cõtinerẽ: ex qua cũ cta pcreãtur. Vñ & illud secundũ Thaletã: Oce anũque patrẽ rerũ. m Phasimq;. Fluui⁹ cholchi dis. n Lycum: fluuius Asię. o Enipeus: thessa lię fluuius. p Pater tyberinus: Tyberis & An nio italię sunt fluuii q Saxosumque sonans hy panis ponti fluuius. Et saxosum legendum est: nõ saxosus: ne sint duo epitheta. quod apud latinos uitiosum est. r Mysusque caycus: qui per myse am labitur. s Eridanus. fluuius italię: qui & pa dus uocatur. Purpureum autem nigrum ex altitu dine accipimus. Nam padus non in rubrum mare sed iuxta Rauẽnam in adriaticum cadit. Et purpu reum gręcum est epitheton marc rubrum. Etia; di xit Homerus εισ ἅλα πορφυροεσ σευ. Vn de apparet Victorinum hoc loco errasse: qui pur purcum mare rubrum esse dixit: quod est iuxta In diam. t Nati fletus cognouit inanes. Bene ina nes fletus. His enĩ; mouebãtur rebus. quarũ erat facilis reparatio. u Dant ordine fontes: rite secũ dum ordinem epularũ. x Mãtilia: quibus man⁹ tergũtur. y Plena reponũt pocula: iterant sępe offerunt. z Pancęcis ignibus: ture arabicis odo ribus adolescunt. arę pro incendũtur κατευφημ ισμον ponitur. Et adolescunt: hic uim habet fre quentationis & pancheis adolescunt. i. panchęis odoribus incenditur arę. a Meonii bacchi lydi uini. b Carchesia aũt poculorũ sunt genera. c Oceano libem⁹ ait: quasi nympha oce. no sacrifi cat. d Oceanũq; pa. re. q ex eo oĩa gignãtur & originẽ ducit secũdũ Thaletã: ut supra diximus. e Centũ quę siluas: aut ducentas nymphas asseruant: finitus est numer⁹ pro infinito. f Tęr liquido ar. pfudit nectare uestã. i. in

ignem unum purissimum fudit. Post quod quia magis flamma conualuit: bonum omen ostendit. g Est in carpathio Neptuni gurgite uates cerulеus proteus. Carpatos insula contra ęgyptum: a qua uicinum pelagus carpathium appellatum est: hic aliquando regnauit. Proteus relicta pallene ciuitate thessalię: ad quam tamen reuersus est postea, quod ostendit hoc loco dicens. Patriamque reuisit pallenen. h Magnum qui piscibus ęquor iūcto curru metitur. Equi enim marini prima parte equi sūt: postrema resoluūtur in pisces. i Quę sunt quę fuerunt quę mox uentura trahantur: Vt Hom. ος ἤδει τά τ᾽ ἐόντα τά τ᾽ ἐσσόμενα πρό τ᾽ ἐόντα. Ita Neptuno usum est: ubi deest ratio sic loquitur: nam ita & in tertio. Sic nisu; superis: quū pręmisisset immeritā. k Turpes phocas magnas: ut. Cui turpe caput. Phocę autē sunt marini boues. Expediat morbi causam euentusque secundet. Duo enī; ista requirūtur in oraculis causa mali: & remedium: nam sine ui nulla dabit pręcepta: ne eum speraret posse precibus flecti. l Doli circum hęc demū frangētur inanes: circa uincula nouissime eius desinent doli. id est formarū uarietates. cuius figmentū physicam uolunt esse rationē Nāque homo habet in se libidinem: stulticiam: ferocitatē: dolum. quę dum inuicem in uno urgent: pars illa quę uicina est diuinitati. i. prudētia non apparet: quę tunc potest suas uires tenere: cum fuerint illa religata. id est cum quis cauerit omnibus uiciis. Vnde sacerdotem hunc dicit tunc posse uaticinari & suscipere diuinitate;: cum religata fuerit in eo ignea cupiditas. Siluę asperitas: lapsusq; animi aquarum mobilitati similis. m Medios cum sol accenderit ęstus. Fere enim numina tunc uidetur. Lucan⁹. Medio cum phębus i axe est Aut cęlum nox atra tenet: tūc ipse sacerdos Accessum dominūque timet dependere luci. n In secre. se. du. Fere oēs dii marini senes sunt. Albēt ei; corū capita spumis aquarū. o Atrati. i. sęua. p Tanto natē. Alii legūt. Tantū natę magis. q Liquidū. dif. odo. ideo ūxit cū: quo posset uidēdi numis capax esse. r Habi. ui. uegetabilis. s Specus ingēs in singulari numero hoc specus: in plurali hi specus dicim⁹. t Deprēsis: nautis. u Tegit: tegere cōsueuit: nā tūc illi non erāt. x Obice: obiectiōe. & melius hic hic obex quam hęc obex dicimus. y Auersum a lumine: paululum obliquū a lumine. Et sciendum Proteum tēporale; suscipere diuinitatem: alioqui potuit etiam Aristeum cognoscere latitantem. z Iam rapidus. Hic distinguendū propter duo epitheta. a Sirius autem stella est in ore canis: per quam nimios ęstus accipimus. Sitientes indos: populos subsolanos. b Caua flumina: alta. Lucanus. Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno.

Est[g] in carpathio neptuni gurgite uates
Cæruleus proteus; magnu;[h] qui piscibus æquor
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc emathiæ portus patriā q; reuisit
Pallenen; hunc & nymphæ ueneramur; & ipse
Grandæuus nereus; nouit nāque oīa uates;
Quæ[i] sūt; quæ fuerit; quæ mox uētura trahātur
Quippe ita neptuno uisum est; immania cuius
Armenta, & turpes[k] pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi nate prius uinclis capiēdus; ut omnem
Expediat morbi causam; euētusque secundet.
Nam sine ui nō ulla dabit præcepta neq; illum
Orando flectes; uim duram & uincula capto
Tende; doli[l] demū circū hæc frangētur inanes;
Ipsa ego te; medios[m] cum sol accēdent æstus
Cū sitiūt herbæ; & pecori iam gratior umbra est;
In[n] secreta senis ducam, quo fessus ab undis
Se recipit; facile ut somno aggrediare iacentem.
Ve; ubi correptū manibus uinclisq; tenebis;
Tum uariæ eludent species, atq; ora fera;:
Fiet enim subito sus horridus; atraque[o] tigris;
Squāmosusq; draco; & fulua ceruice leæna;
Aut acrem flāmæ sonitū dabit; atq; ita uinclis
Excidet; aut in aquas tenuis dilapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se uertet in oēs;
Tanto[p] nate magis contende tenacia uincla,
Donec talis erit mutato corpore; qualem
Videris incepto tegeret cum lumina somno.
Hæc ait; & liquidū[q] ambrosiæ diffudit odorem;
Quo totum nati corpus perduxit; at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura;
Atq; habilis[r] mēbris uēit uigor; est pec⁹[s] ingēs
Exesi latere in montis; quo plurima uento
Cogitur; inque sinus scindit sese unda reductos
Deprensis[t] olim statio tutissima nautis;
Intus se uasti proteus tegit[u] obice[x] saxi.
Hic iuuenē in latebris auersu;[y] a lumīe nympha
Collocat ipsa procul nebulis obscura resistit.
Iam[z] rapidus torrens sitientes syrius[a] indos;
Ardebat cælo; & mediū sol igneus orbem
Hauserat; arebāt herbæ & caua[b] flumina siccis.
Faucibus ad limū radii tepefacta coquebat;
Cum proteus consueta petens fluctibus antra
Ibat; eum uasti circum gens humida ponti;

Exultans rorem late dispergit amarum:
Sternunt se somno diuerso in littore phocae:
Ipse uelut stabuli custos in montibus olim
Vesper: ubi e pastu uitulos ad tecta reducit.
Auditiq; lupos acuunt palatibus agni:
Consedit scopulo medius, numerūq; recenset.
Cuius anstaeo quoniam est oblata facultas.
Vix[c] defessa senem passus componere mēbra:
Cum clamore ruit magno: manicisq; iacentem
Occupat: ille suae contra non immemor artis
Omnia trāsformat sese in miracula rerum
Ignēq; horribilēq; feram: fluuiūq; liquentem.
Vez ubi nulla fugam reperit fallacia: uictus
In sese redit: atq; hominis[d] tandem ore locutus:
Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos: qd ue hinc petis inqt: at ille
Scis[e] proteu: scis ipse: neq;[f] est te fallere cuiquā
Sed tu desine uelle: deum[g] praecepta secuti
Venimus hinc lapsis quaesitum oracula rebus.
Tantum effatus: ad haec uates ui deniq; multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco:
Et grauiter[h] frendens: sic fatis ora resoluit.
Non[i] te nullius exercent numinis irae
Magna[k] lues cōissa: tibi[l] has miserabilis orpheꝰ
Haudquaq̄ ob meritū poenas: ni fata resistant
Suscitat: & rapta grauiter pro cōiuge saeuit.
Illa quidē dum te fugeret per flumina praeceps
Immanē ante pedes hydrum moritura[m] puella
Seruantem[n] ripas alta non uidit in herba.
At[o] chorus aequalis dryadū clamore supremos[p]
Implerūt montes: flerunt rhodopeiae arces:
Altaque pangaea: & rhesi[r] mauortia tellus
Atque getae: atque hebrus[s]: & actias orithya
Ipse[t] caua[u] solans aegrum[x] testudine amorem
Te dulcis coniunx te solo[y] in littore secum
Te ueniente die: te decente canebat.
Taenarias[z] etiam fauces alta hostia ditis:
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus: manesque[a] adiit regēque tremendum
Nesciaq; hūanis precibus mansuescere corda.
At cantu cōmotae herebi[b] de sedibus imis:
Vmbrae ibant tenuesq;: simulacraq; luce carētū:
Quam multa in siluis auiū se milia condunt:
Vesper ubi aut hibernus agit de mōtibꝰ imber:

Vix defessa senem passus cōponere mēbra: Auiditatem exprimit tenere cupientis. unde cum cōtra matris praeceptū cito in proteum impetu fecisse dicit: per quod incontinentes hominū animos docet poeta. d Hominis ore: humana scilicet uoce: nam quis te iuuenū confidētissime. id est quisnam: hodie enim nam in particula postpōitur: antea praeponebatur. Terentius in phormione: nam quae est animus a fratre egressa meo. e Scis proteus uocatiuꝰ graecus: ut Orpheu. f Neque est te fallere cuiquā. Alii quicq̄ legūt. Hoc autē dicit: Quū omia noueris: desine aduētus mei causam uelle cognoscere. g Deum praecepta secuti: ꝑpter matrē. h Grauiter frendens: cum ingenti tumultu. i Non te nullius. id est non humilis: sed magni. k Nagna lues comissa tibi. id est magnorū scelerum est ista ꝑsolutio. Et alii ita distinguūt: ut sit a te cōmissa: Alii l Tibi has miserabilis: Orpheus. non humile autem numen dicit Tisiphonē. id est mortis ultricem. Nam ideo Tisiphone dicta est: quasi cui cura sit τίσις φόνου. i. mortis ultio. Haud quaquā ob meritū. id est non tales quales mereris nam eius uxoris causa mortis fuisti. Inferret autē digna supplicia: nisi fata ꝓhiberent: quibus fauētibus ira numinū minora infert: licet maiora non possit. m Moritura puella alta non uidit: quippe moritura. n Seruantē ripas: tenentē: ut tātas seruabat filia sedes. o At chorus aequalis dryadum: Et Eurydice ergo dryas: & bono cōpēdio eius praetermisit interitū. p Supremos montes: summos: ut Proh supreme Iuppiter. q Flerūt rhodopeiae arces Rodope mons est Thraciae: sicut pancea. r Resi mauortia tellus: quam postea Rhesus tenuit & est ꝓlepsis ex persona poetae. Quo enim tēpore Orpheus fuit Rhesus necdū regnabat in Thracia s Hebrus. fluuius Thraciae gelidissimus. Actias horithya Atheniensis nympha. quam Boreas in suum matrimoniū rapuit. t Ipse: Orpheus. u Caua testudine periphrasis citharae: cuius usus repertus est in hoc modo. Quū regrediens Nilus in suos meatus uaria in terris reliquiss; animalia: relicta etiam testudo est: quae cum putrefacta ess;: & nerui eius remāsissent extenti intra coryū: pcussa a Mercurio sonitum dedit: ex cuius imitatione cithara est cōposita. x Aegrum amorem: maestum: deceptum. y Solo in littore: deserto: in quo sine uxore morabatur. z Thaenarias etiam fauces. Tenarus laconicae ꝓmōtorū est circa finem maleae: ubi inferorum dicitur esse descensus. a Manesque adiit regēque tremendum haec omnia ad laudem pertinent citharae: fretus ipsa superauit. Nesciaque humanis precibus mansuescere corda ad exitum futurae rei respexit: non ad principiū: nā primo meruit Eurydicen. b Herebi de sedibus imis: de interioribus tenebris inferorum.

Implexę: inuolutę: implicitę: εμπεπλεγμενοι d Ixionei uento rota decst cum. & dicit cum uento suo rota constitit. id est cum causa uolubilitatis quieuit. e Incautum amantem: epitheton amantis est. f Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes: participium sine uerbi origine. non enim facit ignoscor: sicut nec triumphor: regnor. g Eurydicen: quę suam iam. Alii legūt. Iam luce sub ipsa. h Victusq; animi: sic hoc loco dixit: ut. O pręstans animi iuuenis respexit. id est cōmisit in legem sibi datam. i Terque fragor auditus auerni quasi exultarent umbrę reditu Eurydices. Lucanus dicit in Orpheo strepitum factum redeunte Eurydice: ob hoc quia gaudent a luce relicta; Euridicen: iterum sperantes Orphea manes. k Iterum crudelia retro fata uocant. Ouidius. Bis raptur nixit que semel. l Natantia lumina: in morte reducta Inualidas palmas: in umbrę tenuitatem redactas m Heu non tua: quia supra dixit. Euridicenque suam. n Iam fugit: diuersa per diuersa. o Pręterea: postea: ut. Quisquam numen Iunonis adorat pręterea? p Nec portitor orci amplius: misticum est. Dicitur enim bis eandem umbram euocari nō licere. q Ex ordine: sine intermissiōe. r Deserti strymonis: asperi inculti. Strymon autem fluuius est Thracię: circa quem ad extinguēdū amoris morabatur calorem. s Hęc euoluisse: talia qualia ipse cōmemorat. t Philomena: pro quauis aue. nam speciem pro genere posuit. u Flet noctem: iugi nocte cōtinuo fletu. x Tanaimque niualem. fluuius scythię. y Nunquam uiduata pruinis semper niuibus plena. z Spretę ciconum quo munere matres: nuptiali scilicet. Cicones autem sunt thraces mulieres: quę ab Orpheo spretę discerpscere eum per liberi sacra simulata.

Matres atque uiri: defunctaque corpora uita
Magnanimū heroum: pueri: innuptæq; puellæ:
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Quos circum limus niger: & deformis arundo
Cocyti: tardaque palus inamabilis unda
Alligat: & nouies styx interfusa coercet.
Quin ipse stupuere domus: atque intima læti
Tartara: cæruleosq; implexæ[c] crinibus angues
Eumenides: tenuitq; inhians tria cerberus ora
Atque ixionei[d] uento rota constitit orbis.
Iamq; pedem referens casus euaserat omnes.
Redditaq; eurydice superas ueniebat ad auras
Pone sequēs nāq; hac dederat ꝓserpina legem
Cum subita incautu3[e] dementia cepit amantem
Ignoscēda[f] quidē. scirent si ignoscere manes
Restitit: eurydicenq;[g] suam iam luce sub ipsa
Immemor heu uictusq;[h] animi respexit: ibi omis
Effusus labor: atq; immitis rupta tyranni
Fœdera: terque fragor stagnis auditus[i] auernis
Illa quis & me inquit miserā & te ꝑdidit orpheu:
Quis tantus furor: en iteꝝ[k] crudelia retro
Fata uocant: conditq; natātia[l] lumina somnus:
Iāque uale: feror ingenti circūdata nocte:
Inualidosq3 tibi tendens heu[m] non tua palmas.
Dixit: & ex oculis subito: ceu fumus in auras
Cōmixtus tenues fugit[n] diuersa: neque illum
Prensantem ne ꝗcquā umbras: & multa uolēte3
Dicere præterea[o] uidit: nec portitor[p] orci
Amplius obiectā passus transire paludem.
Quid faceret: quo se rapta bis coniuge ferret.
Quo fletu manes: qua numina uoce moueret:
Illa quidē stygia ꝯnabat iam frigida cymba.
Septem illum totos perhibent ex[q] ordine mēses
Rupe sub aeria deserti[r] ad strymonis undam
Fleuisse: & gelidis hæc[s] euoluisse sub antris
Mulcentem tigres: & agentem carmine quercus
Qualis populea mœrēs philomena[t] sub umbra
Amissos quæritur fœtus: quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet[u] noctem: ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat: & mœstis late loca questibus implet.
Nulla uenus: nulliq; animū flexere hymenæi.
Solus hypboreas glacies: tanainque[x] niualem
Arruaque riphei nunquā uiduata[y] pruinis
Lustrabat: raptam eurydicen: atque irrita ditis
Dona querēs: spretæ[z] ciconū quo mūere matres

Inter sacra deum: nocturnique orgia bacchi
Discerptũ latos iuuenem sparsere per agros.
Tum quoq; marmorea[a] caput a ceruice reuulsu3
Gurgite cum medio portans oeagrius[b] hebrus
Volueret: eurydicen uox ipsa & frigida lingua
Ah miseram eurydicen anima fugiente uocabat
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.
Hæc[c] proteus: & se iactu dedit æquor in altum.
Quaq3 dedit spumãtẽ undam sub uertice torsit.
At[d] non syrene: nãque ultro affata timentem
Nate licet tristes animo deponere curas.
Hæc omnis morbi causa: hic miserabile nymphæ
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis
Exitum misere apibus: tum munera supplex
Tẽde petens pacem[e]: & faciles[f] uenerare napæas
Nãque dabũt ueniam uotis: irasque remittent.
Sed modus orandi quis sit prius ordine dicam.
Quattuor eximios præstanti corpore tauros
Qui tibi nunc uiridis depascũt summa lycei
Delige. & intacta totidem ceruice iuuencas.
Quattuor his aras alta ad delubra dearum
Constitue: & sacrum iugulis demitte cruorem.
Corporaq; ipsa bouum frondoso desere luco.
Post ubi nona suos aurora ostenderit ortus:
Inferias orphei[g] læthæa[h] papauera mittes:
Et nigram mactabis ouem: lacũque reuises.
Placatam eurydicen uitula uenerabere cæsa.
Haud mora; continuo matris præcepta[i] facessit
Ad delubra uenit: monstratas excitat aras:
Quattuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit: & intactas totidem ceruice iuuencas.
Post ubi nona suos aurora induxerat ortus:
Inferias orphei mittit: lucũque reuisit:
Hic[k] uero subitum ac dictu miserabile monstru3
Aspiciũt liquefacta bouum per uiscera toto
Stridere[l] apes utero: & ruptis efferuere costis.
Immẽsasque trahi nubes: iãque arbore summa
Confluere: & lentis[m] uuam demittere ramis.
Hæc[n] super aruo℞ cultu: pecorũq; canebam.
Et super arboribus cæsar dum magnus ad altum
Fulminat[o] euphraten bello: uictorq;[p] uolentis
Per populos dat iura: uiãque[q] affectat olympo:
Illo uirgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope studiis florentem ignobilis oci
Carmina[s] qui lusi pasto℞: audaxque[t] iuuenta

a Marmorea caput a ceruice repulsum. id est pulchra. Sane alludit ad id quod dicit Ouidius: quia cum caput eius delatum ad ripas serpens mordere uoluisset: est conuersus in lapidem. b Oeagrius hebrus. Oeagrius fluui⁹ est pater Orphei. de quo ebrus nascitur. Vnde eum appellauit Oeagrium. c Hęc Proteus: subaudi dixit. d At non cyrene: deest territa est: quod ex sequentibus datur intelligi. e Pacem petens: pacem beneficium: beniuolentiam. f Faciles napęas: exorabiles nymphas: & ad ignoscendum paratas. Sane sciendum easdem esse napęas: quę & driades sunt. Nam supra ait. At chorus ęqualis driadum intacta ceruice: indomita. Et dicit ita animalium sacrificium esse faciendum: ut non tantum occidantur hostię: sed cedantur. g Orphei: datiuus gręcus est. h Lethęa papauera. id est agrestia. Placatam Eurydicen uitula uenerabere cęsa. Hipallage pro uenerata placabis. i Pręcepta facessit: id est facit. & est frequẽtatiuũ pro principali. Aut certe ideo facessit. quia plures hostias imolauit. k Hic subitum: ac dictu mirabile mõstrum. Res enim hęc ex improuiso uenit: ut apes ex bobus erũperent. Nam pręcepta Cyrenis tantũ ad placanda numina pertinebant. Notãdum sane: quia ex hoc euentu illa ars inuenta est: quam supra memorauit: & melior facta per industriam. l Stridere apes utero & ruptis efferuere costis Hęc uerba & secundę sunt cõiugatiõis & tertię: nunc tantũ tertię. m Lentis uuam demittere ramis. in morem uuę. id est botryonis defluere. quod gręci βοτρυδὸν dicunt. n Hęc super aruorum. Per aruorum cultum primum librum significat. Per pecora autem tertium & quartum: quia & apes pecora sunt. Per arbores secũdu. Et hoc dicit. Hęc ego. id est Georgica scripsi dum Cęsar in oriente pugnaret. o Fulminat: fortiter facit. p Victorque uolentis. Per populos dat iura: unum uirtutis est: alterum iustitię. nam uincere uirtutis: uolentibus non inuitis imperare iustitię est. q Viamque affectat olympo: Pręparat sibi diuinos honores. r Dulcis alebat parthenope. id est Neapolis: quę primo ex corpore unius syrenis illic sepultę parthenope est appellata. Studiis florentem ignobilis oc. id est artis poeticę: quam ocium ignobile appellauit: ne quid de se uideretur arrogãter dicere. s Carmina qui lusi: qui etiam Bucolica scripsi. t Audaxque iuuenta: ętate iuuenili. Nam ut dixim⁹ supra uiginti octo annorum erat quũ Bucolica scripsit: & breuiter a se scriptarum rerum executus est titulum.

Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Publii Virgilii Maronis Georgicorum Libri Quarti Ac Vltimi Finis.

Quæ Cōtineāt Duodecim Aeneidos Libri.

PRim9 hēt libycā ueniāt ut troes in urbem
Edocet excidiū troiæ cladēque secundus
Tertius a troia uectos canit æquore teucros.
Quartus item misere dup uulnera narrat elissæ:
Manibus ad tumulū qnto celebrātur honores:
Aeneam memorat uisentem tartara sextus.
In phrygas italiam bello iam septimus armat.
Dat simul ænææ socios octauus: & arma.
Daunius expugnatur nono noua mœnia troiæ
Exponit decimus tuscorꝫ in littore pugnas:
Vndecimo rutuli superantur morte camillæ.
Vltimus imponit bello turni nece finem.

Quæ Primo Aeneidos Libro Contineantur.

HEneas primo libyes appellitur oris:
Vir magnus bello: nulli pietate secundus
Aeneas odiis iunonis pressus inique
Italiam quærens siculis errauit in undis.
Iactatus tandem libyæ peruenit ad horas.
Ignarusque loci fido comitatus achate
Indicio matris regnum cognouit elissæ:
Quinetiam nebula septus peruenit ad urbem
Arreptosque undis socios cum classe recepit:
Hospitioque usus didonis cuncta benigne
Excidium troiæ iussus narrare parabat.

Publii Virgilii Maronis Aeneidos: Liber Primus.

Lle ego q quondā gracili modulat9 auena
Carmen: & egressus siluis uicina coegi:
Vt quāuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis: at nunc horrētia matris

Seruii Mauri honorati Grammatici in P. Virgilii Maronis Aeneidem Commentarior. Liber Primus.

IN explorandis auctoribus hec consideranda sunt: Poete uita: Titulus operis: Qualitas carminis: Scribentis intentio: Numerus librorum: Explanatio. Virgilii uita hec e. Ortus fuit patre Virgilio: Matre uero Maia. Fuit ciuis Mantuanus: que ciuitas e Venetie. Diuersis in locis litteris operā dedit. nā & si cremone & mediolani: & Neapoli studuit. Adeo aūt uerecūdissimus fuit: ut ex moribus cognomen acciperet. Nā dict⁹ est parthenias omni uita probatus. Vno tantum morbo laborabat. Nam impatiens libidinis fuit. Primū a Virgilio hoc distichon factum est in Balistam latronem.

Monte sub hoc lapidum tegitur balista sepultus.

Nocte dieq; tutum carpe uiator iter.

Scripsit etiā octo libros hos: Cirinsam: Aetnam: Culicem: Priapeam: Catalecton: Epigrammata: Copam: Diras. Postea ortis ciuilib⁹ bellis inter Antoniū: & Augustū: Augustus uictor Cremonēsium agros qui pro Antonio senserant dedit militib⁹ suis: qui cū nō sufficeret his addidit agros Mantuanos sublatos non ꝓpter ciuiū culpam: sed ꝓpter uicinitatem Cremonensium. Vnde ipse in bucolicis. Mantua ne misere nimiū uicina Cremone. Amissis ergo agris romā uenit: & usus patrocinio Pollionis & Mecenatis sol⁹ agrum quē amiserat. meruit. Tūc ei ꝓposuit Pollio: ut carmē bocolicū scriberet. Quod eum cōstat triennio scripsisse & emendasse. Item proposuit Mecenas georgica que scripsit emendauitque septē annis. Postea ab Augusto eneidem ꝓpositā scripsit annis undecim: sed nec emēdauit: nec edidit: unde eā moriēs precepit incēdi. August⁹ uero ne tantū opus periret: Tuccā & Varrū hac lege iussit emēdare: ut supflua demerēt. nil adherēt tñ. Unde & semipleos ei⁹ inuenim⁹ uersiculos. ut hic cursus fuit: & aliquos detractos ut i principio. Nā ab armis nō icepit. Sed sic

Ille ego qui quōdā gracili modulatus auena
Carmē & egressus siluis uicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratū opus agricolis: at nūc horrētia martis
Arma: uirumque cano.

Et in secūdo cōstat hos uersus esse detractos.

Aut ignibus egra dedere
Iāque adeo sup unus erā: cū liminaueste
Seruantē. & tacitā secreta in sede latētē
Tyndarida aspicio. dant clara incēdia lucem
Erranti: passimque oculos p cuncta ferenti:
Illa sibi infestos euersa pergama teucros
Et danaum penas: & deserti coniugis iras
Premetuens troie & patrie communis erinnys
Abdiderat sese: atque aris inuisa sedebat
Exarcere ignes animo: subit ira cadentem
Vlcisci patriam: & sceleratas sumere penas
Scilicet hec spartam incolumis: patriasque mycenas
Aspiciet: partoque ibit regina triumpho:
Cōiugiūque: domūque: patres natosque uidebit
Ilia dū turba & phrigiis cōmitata ministris.
Vix tandem magnis ithaci clamoribus actus
Composito rumpit uocem: & me destinat aræ.
Assensere omnes: & quæ sibi quisq; timebat:
Vnius in miseri exitium conuersa tulere.
Iamque dies infanda aderat: mihi sacra parari:
Et salsæ fruges: & circum tempora uittæ.

z Oracula. tẽpla de quib⁹ dãtur oracula. a Adytis. Adytũ est locus tẽpli secretior: ad quẽ nulli est adit⁹ nisi sacerdoti. b Tristia dicta rẽportat. more suo breuiter habitũ future orõis ostẽdit. c Sanguine placastis uẽtos & uirgine cęsa Quũ primũ Hic distinguẽdũ: quia & semel ad troia uentũ est & ãteq̃ ad cã; uẽniret: de Iphigenia est sacrificatũ cuius fabula est talis. Quũ greci ad Aulidẽ uenissent: Agamẽnon Dianę ceruũ occidit ignar⁹: ũde irata Dea flatus uẽtorũ remouit: q̃obrẽ cũ nec nauigare possent: & pestilẽtiã sustinerẽt: oracula cõsulta dixerũt: Agamẽnon in sanguine Dianã esse placãda;. Ergo quũ ab Vlyxe per nuptiarũ simulatione adducta Iphigenia in eo eẽt ut imolaretur: numinis miseratiõe sublata est: cerua supposita: & trãslata ad Tauricã regionẽ regi Thoanti tradita est: sacerdosq; facta Dyctinę Dianę: quũ secũdu; statutã cõsuetudinẽ humano sanguine numẽ placaret: agnouit fratrẽ Orestem: qui accepto oraculo carendi furoris causa cũ amico Pilade colchos petierat. & cum his occiso Thoante simulacrũ sustulit ab conditũ fasce lignorũ: ũde & fascelis dicitur non tãtu; a face: cum qua pingitur: ꝓpter quod & lucifera dicitur: & ariciam detulit. Sed quũ postea Romãis sacrorũ crudelitas displiceret: quãquã serui imolarẽtur: ad laconas est Diana trãslata: ubi sacrificii cõsuetudo adolescẽtulorũ uerberib⁹ seruat: qui uocabanẽ bomonicę: quia aeris suppositi contẽdebãt: qui plura possent uerbera sustinere. Orestes uero ossa ab Aricia Romã trãslata sũt: & cõdita ante templũ Saturni: quod est ante cliuũ capitolini: iuxta cõcordię templũ. d Virgine cęsa: non uere: sed ut uidebatur. Et sciendũ in sacris simulata pro ueris accipi: ũde quũ de animalibus quę difficile inuẽiũtur est sacrificãdum. de pane: uel de cera fiũt: & pro ueris accipiũtur. Hinc est etiã illud. Sparserat & latices simulatos fõtis auerni. Nam & in tẽplo Isidis aqua sparsa est: de Nilo esse dicebat. e Argolica: quia occurrebat occidi potuisse captiuũ. f Cui fata parẽt: cui prẽparẽt mortẽ. g Magno tumultu: ad factionẽ tegẽdam. h Numina diuũ: pro oraculis posuit. Et querit modu nõ qd dicat: nam planũ est: sed quis debeat imolari. i Multi crudele canebãt. Multi bis intelligendũ. i. multi uidebãt: taciti multi etiã dicebãt: ne sit cõtrariũ canebãt taciti. k Bisquinos silet ille dies. Dicim⁹ & bisquinis silet diebus. l Tectus: aut multitudini se subtrahens: aut tegens consilium suum. m Vix tandem. Aut iunge: & uacat tandem. Aut separata: & est aggeratio a synonymis: ut Cicero abiit. Excessit euasit erupit. n Composito. ex pacto. Rumpit uocem. hoc est erumpit in uocem. & dictum est per contrarium: nam silentium rumpere est loqui: ut. Quid me alta silẽtia cogis Rumpere: uocem rumpere tacere. Sed aliqua interdum simpliciter: interdum per contrariũ debemus intelligere. o Et quę sibi quisque timebat. Ideo hoc addidit: quia dixerat. p Assensere omnes: ne uideretur cũctis fuisse suę gẽtis inuisus. q Mihi. multi posterioribus: multi prioribus iũgũt: unus tamẽ est sensus. r Parari: infinitiuus modus pro indicatiuo. Et est figura ꝓpria historiographorũ: ut Salu. Equitare: iaculari: cursu cũ ęqualibus certare: ut poetarũ ꝓpria est. Nuda genu & Troiuum clamat. Quod autem ait Cicero. Bellicum canit. non est figura: sed sermo naturalis. Est enĩ; soni nomẽ. s Salsę fruges. Sal: & far quod dicitur mola salsa: qua & frons uictimę: & foci aspgebãtur: & cultri. Far autẽ; dę horna fruge: & horno sale: ut Ora. Et horna fruge. t Vittę. quibus uictimę coronãtur.

u Lęto: non sacrificio. inuidiose locutus est. x Vincula rupi: atq; solutę sunt hostię: nam piaculū est in sacrificio aliquid esse religatū: ūde est. Vnū exuta pedē uinclis in ueste recincta. Item. Vittasque resoluit sacrati capitis: ergo uincula religiōis intelligenť. Et uinculis inaret clęlia ruptis. s fęderis: nec enim obsides unquā ligātur. Sed huic expositiōi illud occurrit: ūde iste ligat⁹ fuerit: quia eum troiani nō ligauerūt. ultro enim se obtulerat: ūde intelligēdū est a gręcis magis ligatū: quia & cōsuetudo illa: quā supra dixim⁹ erat in ipso tēpore sacrificiorū. Ante enī; ligabantur[illegible] iuue. Sed post extēsum petulās quia it hostia funem. y Limosoq; lacu: ut uerisimile fugā faciat: circūstātis unne

Eripui fateor leto[u] me: & uincula[x] rupi:
Limosoque[y] lacu per[z] noctem obscurus in ulua
Delitui dum uela darent: si[a] forte dedissent.
Nec mihi iam patriā antiquam[b] spes ulla uidēdi
Nec dulces natos: exoptatūq; parentem:
Quos illi fors[c] ad poenas ob nostra reposcent.
Effugia[d]: & culpā hanc miserorum morte piabunt[e]
Quod te per superos & conscia numina ueri:
Per[f] siqua est quę restat adhuc mortalib⁹ usquā
Intemerata fides: oro: miserere laborum
Tantorum: miserere animi non[g] digna ferentis.
His lachrymis uitā damus: & miserescim⁹ ultro[h].
Ipse uero primus manicas atq; arcta[i] leuari
Vincla iubet priamus: dictisq; ita fatur amicis.
Quisqs[k] es amissos hinc[l] iam obliuiscere graios.
Noster eris: mihiq; hęc edissere[m] uera roganti.
Quo molē[n] hāc immanis eq statuēr: quis[o] auctor:
Quidue[p] petūt: q̄ relligio aut quę machīa belli:
Dixerat ille dolis instructus & arte pelasga
Sustulit exutas uinclis ad[q] sydera palmas.
Vos ęterni[r] ignes: & non uiolabile uestrum
Testor[s] numen ait: uos arę ensesque[t] nefandi:
Quos fugi: uittęque[u] deū quas hostia gessi[x]:
Fas[y] mihi graiorum sacrata[z] resoluere iura.

Notandū sane Virg. sub alio psonis cām exequi nobiliū: ut hoc loco Marii. Itē; paulo post Pōpeii: ut: Iacet ingens in littore truncus: z Per noctē obscurus. bona elocutō est: rem tēporis ad psonam trāsferre. ut matutinus uenit. a Si forte dedissent. mediū se pręberet: nā nec negat: nec cōfirmat eos nauigasse: ne aut eis demat securitatē; aut quod supra dixit falsū sit non posse nauigare grecos: nisi homine imolato: ut illorū sit q̄cquid elegerint: & artis est in argumētorū angustia incertis uti sermōibus. b Antiquā. caram. & bene cōmemorat liberos: & parētē: ut ostēdat se non deseruisse uf uilem: sed mortis fugisse terrorē. c Fors ad pęnas. forte & pęnas. Alii iungunt fors & ut sit forsan. Bene elicit misericordiā: ostēditque nō se habere cām redeūdi post mortē suorū. d Effugia: & fuga & effugiū dicimus. sicut lana & lanitiū: ut. Si tibi lanitiū curę: hinc est ęquitas & ęquū. e Piabūt. expiabūt: & τωο μεσων est: nā plerūq; impiare significat. f Per siqua est. diasyrtice uidetur ut diximus. Ordo est: q̄ te oro per supos. g Nō digna. scilic; indigno luctu affectis. Miserescimus ultro: aut per se plenū est: aut cohęret sequētib⁹: quia nō pōt primis. Dicim⁹ enim aut illā rem misereor: aut illius rei misereor: non illis. h Vltro aūt non est sponte: nā iam rogauerat: sed insup. Et uenit ab eo quod est ultra: quia plusquā rogauerat pręstiterūt. i Arcta uincula: aut exephegesis manicarū est: aut utrūq; habuit. k Quisqs es: scilic; hostis sis. & sūt: ut habem⁹ in Liuio impatoris uerba trāsfugā recipiētis in fidē. Quisqs es noster eris. Itē; Vigilas ne deū gens. uerba sunt q̄bus pōtifex maxim⁹ utitur in puluinaribus: quia uariā sententia suo inserit carmini. l Hinc iam. aut ex hoc tēpore: aut ex hac oratiōe: aut ex eo q̄ te dicis Vlyxis factiōe laborasse. m Edissere uera. Hic distinguēdū. Vera enim audire desiderat: n Quo molē. quā ob causam. & ad hoc rńdet Sinon: ne recipiať portis. Et est color: qui in cōiecturali statu sępe requiritur. o Quis auctor: ad hoc rńdet: Calchas attollere iussit. p Quidue petūt: quid desiderāt: utique ut placet Minerua. q Ad sidera. in altū ad locū siderū. Vel quia sp̄ sunt sidera: sed solis splēdore uincitur. r Aeterni ignes: aut arari quas fugit ut execratio sit ppter posteriora. Vos arę. aut certe solē: & lunā significat. Execratio aūt est aduersorū deprecatio. Iusiurādū uero optare prospa. s Testor. modo iuro. alibi testificor: ut. Testor in occasu uestro. Vestrū numē: quia secūdū philosophos dicūť sidera elemēta esse: & haberę pprias potestates. t Ensesque nefandi. Inuidiose ad pluralē transit numerū: ut Teren. Non ppeti meretricū cōtumelias. u Vittęque deum: aut quę habētur in honore deorū: aut quas habēt ipsa simulacra: ut inferi⁹. Virgineas ausi diuę cōtingere uittas. x Gessi: pene gessi: non enim uere gesserat: sed quatum ad grecos pertinet dixit. y Fas mihi. subaudis sit. & bene a diis petit ueniam ne uideatur pditor. nam & hęc quę dicturus est tacuit anteq̄ audiret Noster eris. Si enim uolūtate pderet sequebatur quod ait Cicero. Nemo unquā sapiens pditori credendū putauit. z Sacrata resoluere iura. scilic; ut non incidat in sacramēti pęnam: Quia militię tria sont genera. plerūque enim euocati dicūtur. & nō sunt milites sed pro milite. Vn̄ Salu. Neu quis miles: ne ue pro milite. Item ipse ab his omēs euocatos & centuriōes plerūque tumultuari. hoc est qui ad unum militant bellum. Plerūque sacramēto rogati: quia post electionē in rem publicā iurāt & hi sunt qui hn̄t plenā militiā. Nā q̄nque & uiginti ānis tenēntur. Hęc tria genera tāgit Virg. Sacramēti hoc loco tumultuarii: ut. Simul omne tumultu cōiurat trepido latiū. Euocatiōis. Mittitur & magni uenulus diomedis ad urbē.

a Fas odisse uiros. ut supra dictũ est: omnia diasyrtice loquitur: nam & ad grecos põt referri: & troianos. b Si qua tegũt. ꝑpter ea que latẽt in equo. c Nec legib⁹ illis: si grecorũ, ꝑpter id. Noster eris: si troianorũ: q̃a grecus. d Serues noua fidẽ. q̃a quod rex ꝓmittit uidet̃ respu. polliceri. e Omnis spes danaũ. more suo a ueris icipit: Nam & fauet Minerua grecis: & cõstabat raptũ esse palladiũ. f Tydides sedenim. sedenim hysteron ꝓteron est sedenim: ex quo impius Tydides: Nam hysterologia uni⁹ est sermõis: ut. Transtra per & remos. Impiũ uero ꝑpter uulnerata nũina. g Scelerũq; inuẽtor Vlyxes: ꝑpter Palamedẽ occisũ ipsius factione. h Fatale. τῶν μερ ων. Nam & quod custodit: & quod interemit ꝓ loco intelligit. i Auellere. Ostẽdit inuitũ numẽ esse sublatũ. k Palladium. Helen⁹ apud Arisbã captus a grecis: & idicauit coact⁹ fata troiana: in q̃b⁹ etiã de palladio dixit. Vñ dicit a Pyrrho regna meruisse. q̃q̃ prestiterit Pyrrho ut faceret eũ redire p terrã. dicẽs omẽs grecos qđ & cõtigit naufragio esse perituros. Tunc Diomedes & Vlyxes ut alii dicunt cuniculis: alii cloacis ascẽderũt arcẽ: & occisis custodib⁹ sustulere simulacrũ. Ideo aũt hoc negociũ his potissimũ dat̃ q̃a cultores fuerũt Mineruę. Hoc quũ postea Diomedes hẽret: qđ & Virg. ꝓ pte tãgit: & Varro plenissime dicit: credẽs sibi nõ eẽ aptũ: pp sua picula trãseũti ęneę offerre conat⁹ est. sed quũ se ille uelato capite sacrificãs cõuertisset: nautes q̃dã simulacrũ accepit: ũde Mineruę sacra nõ iulia gẽs habuit sed nautiorũ: hinc ẽ in quto. Vnũ tritonia pallas. Quẽ docuit. Quãq̃ alii dicãt simulacrũ hoc a troianis fuisse abscõditũ intra extructũ parietẽ postq̃ agnouerũt troiã cẽ pituram: qđ postea bello Mithridatico dicit̃. Fimbria quidã romanus inuẽtũ indicasse: q romã cõstat aduectũ. Et quũ rõsũ; fuisset illic impium fore: ubi & palladiũ: adhibito Mamurio fabro multa similia facta sũt. Verũtñ agnoscit̃ haste oculorũq; mobilitate. Vñ est. Vix positũ castris simulacrũ arsere coruscę Luminibus flãmę arrectis: uel hastãq; tremẽtẽ. Sed ab uno tãtũ sacerdote agnoscit̃: ut Luca. Troianã soli cui fas uidisse mineruã. Dicũt sane alii unũ simulacrũ cęlo lapsũ; apud Athenas tãtũ fuisse. Alii duo uolũt hoc de quo diximus. Et illud atheniẽse. l Sacrã effi. q̃si cęlo lapsũ; m Ex illo. facto: uel tpe. n Fluere. του ρεω ωω est. Ideo aũt retro cõtra Salu. Rebus supra notũ fluẽtib⁹. Auersa deę mẽs. pp illud. Mãibus cruẽtis. o Troiana. aut quasi terribilis ἀπὸ τοῦ τρεῖν qđ est timere. Aut secũdũ Luca. q ait. Et se dilecta troiani dixit ab unda. Sane tritonia antonomasiũ est: q̃a ꝓpriũ est Minerua: nam epitheta sũt: q̃ põt uariis uel reb⁹: uel psonis appõi. & hęc caute obseruãda sũt: sicut & ꝓpria noia: q̃ plerũq; ex appellatiuis sũt: ut est uictor: uel felix. p Vix. modo mox. q Salsus sudor. Bñ addit salsus: ut significaret laborẽ futurũ: ne forte aliter in simulacro humor intelligeret̃. r Emicuit. q̃si q̃ cõsistebat inuita. s Tentãda equora. si fugere uelis possint post irã Mineruę. Argis: aduerbiũ in loco est. Et respexit morẽ romanũ: nam si egressi male pugnassent reuertebãtur ad captãda rursus auguria. t Reducãt. recõciliẽt. u Arma deosque parãt comites. ingẽti arte de futuro sollicitos facit: ut pręsenti firmet securitatẽ. x Improuisi aderũt. sicut & factũ est. y Digerit omia. interpretatur numinis commotionem. z Antiqua sub religione. sub fauore pristino. a Nam si uestra manus. quia occurrebat exurẽdũ esse equũ: si introferri: uel prodesse non poterat. b Ascẽdisset. ut scãdit fatalis machina muros.

Fas[a] odisse uiros: atq; omnia ferre sub auras
Si qua[b] tegunt: teneor patrię: nec legibus[c] illis.
Tu modo promissis maneas: seruataq; serues[d]
Troia fidem: si uera feram: si magna rependam.
Omnis[e] spes danaum & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit: impius ex quo
Tydides[f]: sedenim scelerũque[g] inuẽtor ulyxes
Fatale[h] aggressi sacrato auellere[i] templo
Palladium[k] cęsis sũmę custodibus arcis
Corripuere sacram[l] effigiem: manibusq; cruẽtis
Virgineas ausi diuę contingere uittas:
Ex[m] illo fluere[n] ac retro sublapsa referri
Spes danaum: fractę uires: auersa deę mens.
Nec dubiis ea signa dedit tritonia[o] monstris.
Vix[p] positũ castris simulacrũ arsere coruscę
Luminibus flãmę arrectis: salsusque[q] per artus
Sudor iit: terq; ipsa solo mirabile dictu
Emicuit[r]: parmãq; ferens: hastãq; trementem:
Ex tẽplo tentanda[s] fuga canit ęquora calchas:
Nec posse argolicis excindi pergama telis:
Omnia ni repetant argis: numẽque reducant[t]
Quod pelago & curuis secum aduexere carinis.
Et nunc quod patrias uento petiere mycenas:
Arma[u] deosq; parant comites: pelagoq; remenso
Improuisi[x] aderũt: ita digerit[y] omnia calchas.
Hanc pro palladio moniti pro numine lęso
Effigiem statuere: nefas quę triste piaret:
Hanc tamen immẽsam calchas attollere molem
Roboribus textis: cęloq; educere iussit:
Neu recipi portis: aut duci in mœnia possit:
Neu populum antiqua[z] sub relligione tueri.
Nam[a] si uestra manus uiolasset dona mineruę:
Tũ magnũ exitiũ (quod dii prius omen in ipsum
Conuertant) priami impio phrygibusq; futurũ.
Sin manibus uestris uestrã ascẽdisset[b] in urbem:

c Asiam. Asiaticos: ut paulo post urbẽ sepultã pro ciuibus posuit. d Pelopeia. argiua a Pelope. e Nostros: nepotes: diasyrtice: nã iam q̃si troian⁹ loq̃tur. f Periurii: in uerbo r nõ hẽt: nã peiero dicim⁹: corrupta natura prepositionis que res errorẽ facit: ut aliqui male dicãt peiurus. g Credita res: aut fides habita: aut ei cõmissa respu. h Captique dolis. uirtuti nõ cedit. Dolis dicit troiã esse supatã: nõ q̃ troianis uictos esse turpe nõ fuerit: sed q̃ grecis turpius uicisse per dolos. Coacti: sicut Teren. Vna me herde falsa lachrymula quã oculos terendo misere ui uix expresserit. i Larisseus achilles: a uicinitate. Nã Phthius fuit. utraq; tñ Thessalie ciuitas est. k Hic. nic. Maius miseris multoq; Et sale saxa sonabãt. & casus cassãdra canebat: naq; apud ueteres a similib⁹ incipe uitiosũ nõ erat. Et notãdũ: q̃a ut supra dixi⁹ agit ne uideat̃ uel troia cessisse uirib⁹: uel eneas uolũtate fugisse. Hãc aũt rem oñdit ex accĩtib⁹ dolos grecorũ esse firmatos l Laocoon: ut Euforion dicit: post aduẽtũ grecorũ sacerdos Neptuni lapidibus occisus est: q̃a sacrificiis eorũ non prędixit aduẽtũ. Postea abscedentibus grecis quũ uellent sacrificare Neptuno Laocoon thymbrei Apollinis sacerdos sorte duct⁹ est: ut solet fieri: quũ deest sacerdos certus. Hic piaculũ cõmiserat ante simulachrũ numinis cũ uxore coeũdo. & ob hoc imissis dracõib⁹ cũ suis filiis interẽpt⁹ est. historia q̃dẽ hoc hẽt: sed poeta interpretatur ad troianorũ excusationẽ. m Sorte duct⁹. sic Salu. Sorte ductus furti negati. n Solẽnes aras. anniuersario sacrificio religiosas. Dicim⁹ aũt sacrificiũ solẽne & aras solẽnes: ut apricũ & hominẽ & locum: ut. Aprici meminere senes. Persi. contra Ora. Cura apricũ oderit capũ. o Taurũ ingẽtem nõ preter rationẽ est hoc loco ingẽtem: ut alio loco. Iam cornu petat. In uictimis ei; ista reqrũtur: ut certis numinib⁹ certę ętatis aialia mactent. p Gemini. duo: aut similes. q Horresco referens. etiã referẽs. Angues: angues: aquarũ sũt. Serpẽtes terrarũ: dracones templorũ: ut in hoc indicat loco. Trãquilla per alta angues. paulo post. Serpẽs amplexus. Itẽ. Delubra ad sũma dracones. Sed hęc significatio plerũq; cõfũditur. r Pelago. p pelag⁹ s Iubę: aut cristę: aut barbę. Sanguineę. i. sanguinei coloris. t Legit. trãsit: ut. i. Littoraq; epiri legimus. u Sinuat: curuat. flectit in suis. x Salo. dicim⁹ & salũ. Vñ est salo: & sal salis: ut. Spumas salis ęre ruebãt. Et sale tabẽtes artus. y Suffecti: pro infecti: ut cõnixa pro enixa. Et est figura suffecti oculos. z Sibila. i. sibilãtia: nam participiũ est: cum enim nomẽ est: sibilus dicim⁹: ut. Nam neque me tantũ uẽientis sibilus austri. a Vibrãtibus. mobilibus: quia nullũ animal tanta celeritate linguã mouet adeo ut triplicẽ habere uideat̃: quũ una sit. b Depascitur: ut supra diximus. Et pasco: & pascor unius sũt significatõis: ut. Atq; artus depascit arida febris. c Spiris: nodis. Vñ & bases columnarũ spirulas dicũt. Nam p̃prie spira est uolubilitas funiũ. d Squãmea: p squãmosa: ut frõdea p frondosa. e Perfusus uittas esse fusas hñt uittas: & est iuxpositus uersus: nam põt tolli saluo sensu. f Atroq; ueneno: ut pallida mors: uel tristis senect⁹. g Qualis mugit⁹. i. tollit. Facta aũt cõparatio est p̃pter sacerdotis psonam. h Incertam. dubię illisam: eq̃ę non haberet mortis effectũ. i Lapsu. Labi p̃prie serpentiũ est. k Delubra. Delubrũ dicit̃: q̃d uno tecto plura amplectit̃ numina: q̃a uno tecto diluit: ut est capitoliũ in quo est Iuppiter. Iuno: & Minerua. Alii dicũt delubrũ esse locũ ante templũ ubi aqua currit: a diluẽdo. Est aũt synecdoche: hoc est a parte totum. Sęuę. fortis: aut nobilis. Sub pedibusq; deę: scilicet maioris simulachri: q̃d a cũctis uidemur: nã q̃d colitur & breue est

Vltro asiam[c] magno pelopeia[d] ad moenia bello
Venturam: & nostros[e] ea fata manere nepotes.
Talibus insidiis periurique[f] arte sinonis
Credita[g] res: captique[h] dolis lachrymisq; coacti.
Quos neq; tydides: nec laryssæus[i] achilles:
Non anni domuere decem: non mille carinæ.
Hic[k] aliud maius miseris multoq; tremendum
Obiicitur magis: atq; improuida pectora turbat.
Laocoon[l] ductus neptuno sorte[m] sacerdos
Solẽnes[n] taurum[o] ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini[p] a tenedo trãquilla per alta
Horresco[q] referens immẽsis orbibus angues
Incũbunt pelago[r]: pariterq; ad littora tendunt:
Pectora quorũ inter fluctus arrecta iubæque[s]
Sanguineæ superãt undas: pars cætera põtum
Pone legit[t]: sinuatque[u] imensa uolumine terga.
Fit sonitus spumãte salo[x]: iãque arua tenebant.
Ardẽtesque oculos suffecti[y] sanguine & igni:
Sibila[z] lambẽbant linguis uibratibus[a] ora.
Diffugimus uisu exangues: illi agmine certo
Laocoonta petunt: & primũ parua duorũ
Corpora natorum serpens amplexus uterq;
Implicat: & miseros morsu depascitur[b] artus.
Post ipsum auxilio subeũtem ac tela ferentem
Corripiut: spirisque[c] ligant ingẽtibus: & iam
Bis mediũ amplexi: bis collo squãmea[d] circum
Terga dati superant capite: & ceruicibus altis.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos.
Perfusus[e] saniæ uittas atroque[f] ueneno:
Clamores simul horrendos ad sydera tollit.
Qualis[g] mugitus fugit cum saucius aram
Taurus: & incertam[h] excussit ceruice securim.
At gemini lapsu[i] delubra[k] ad sũma dracones

& inter sicut palladiū fuerat. l Clypeiq; sub orbe. ut maxima pars in spiram collecta sit ante pedes. Colla uero cum capitibus erectis post clypeum. id est inter scutum & simulacrum deę latebant: ut est in tēplo urbis Romę. m Nouus. magnus: ut Pollio & ipse facit noua carmina. n Insinuat: pro insinuatur. o Scelus. supplicium: ab eo q̄ pręcedit ad quod sequitur. p Expēdisse aūt tractū est a pecunia. nam apud maiores pecuniarias pęnas cōstat fuisse. q Sacrū robur: non ut supra lignū. r Sceleratā: pro ipse sceleratus: ut inutile ferrū. & est hypallage. Sedes. per hoc ostendit domū Mineruę. s Oranda. placanda. t Muros: suppositos portę sceę. Mœnia pandimus urbis: non est iteratio na; dicit patefacta porta: uel diruta interiora ciuitatis esse nudata. u Accīgūt operi. i. pręparant se ad opus. x Intēdūt. ligāt: ut. Intēditq; locū sertis. y Scādit. trāscēdit ppria magnitudie. z Fatalis. mortifera. a Sacra canūt. hymnos dicūt. b Minās: uel eminēs: ut. Minęq; murorū: uel minitans. c O patria. uersus ennianus. Sane exclamatio eo ptinet: quod tanta fuerit uis cōsecrationis: ut etiā post pphanationē ab ingressu hostes uetaret. Nam nouim⁹ sepulchro Laomedōtis: quod supra portā sceam fuerat: tuta fuisse fata troiana. d Inclyta bello. quia supauerat Mysiā totam. e Quater. sępius. f Immēores. improuidi: aut non mēores oraculorū. g Mōstrū infelix. post rem pbatā dixit. h Tunc etiam: sicut ante hac sępius. Nam Helena uēiēte prędixerat. i Dei iussu. pręcepto Apollinis: qui spe pmissi coitus cōcessa diuinitate frustratus sustulit fidē uera dicēti. k Non unq̄ nō aliquādo: nam si nōnūquā esset: duę negatiuę facerēt cōfirmatiuā: lic; Teren. gręco more dixerit Agrū i his regiōibus meliorē: neq; precii maioris nemo habet. l Festa frōdę. quę festos indicat dies: ut laurus oliua hedera. m Uelamus. ut Uictori uelatū auro: uittisq; iuuencū. n Uertitur cęlū. Atqui epitheton hoc cęli ppetuū est: sed uertitur nūc. i. in alia facie cōmutat: quod more suo sequētibus explanat. o Ruit oceano: nascit de oceano ut. Et ruit atra ad cęlū picea crassus caligine nubē. Ideo aūt ruit: quia alti⁹ est mare q̄ terra: ut diximus supra. p Umbra magna. i. terrę. & est diffinitio noctis. q Myrmidonūq; dolos. a generalib⁹ ad specialia uēire uitiosū est: nisi forte redeat ad cām ut hoc loco. Per mœnia: per domos: ut supra. [illegible] uia pādim⁹ urbis. Mœnia cui; & publica & priuata dicitur. r Phalanx. lingua macedonū legio. & est a pte totū: hoc est synecdoche. s Ibat. ueīebat ut. Nūc primū a nauib⁹ itis. t Amica. sibi grata. Sciēdū aūt septia luna captā eē troiā: cui⁹ simulacrū apud argos est cōstitutū. Hinc est qd̄ dicit. Oblati per lunā: & alibi. Per cęcā noctē. Tacite lunę aut more poetico noctē significat: aut physica rōe dixit. Nā circuli. vii. sūt. Saturni: Iouis: Martis: Solis: Ueneris: Mercurii: Lunę. Et prim⁹ hoc ē Saturni uehemēter sonat: reliq secūdū ordinē minus: sicut audium⁹ in cithara: cui⁹ ultīa chorda min⁹ sonat: ergo tacita luna est cui⁹ circulus uicin⁹ terrę imobili min⁹ sonat cōparatiōe alierū. u Flāmas cū regia puppis. more militię: ut. Dat clarū e puppi signū: Est aūt tropus: per puppim nauiū per nauiū eos qui in naui sūt significat. x Fatis iniqs. uolūtate numinū illis pptiās. in uos iniquę: ut Luca. Nō ille fauore Numinis ingēti supū ptect⁹ ab ira: ut. Uir ferus: & fato cupiētis pdere romā Sufficiēs. y Reddit: quasi dibitorut. Reddit⁹ his primū terris: Sic Ora. Nauis q̄ tibi creditū Virg. debes

Effugiūt: sæuæque petunt tritonidis arcem
Sub pedibusq; deæ: clypeique[l] sub orbe tegūtur.
Tum uero tremefacta nouus[m] per pectora cūctis
Insinuat[n] pauor: & scelus[o] expēdisse[p] merentem
Laocoonta ferūnt: sacrum[q] qui cuspide robur
Læserit: & tergo sceleratam[r] intorserit hastam.
Ducendum ad sedes simulacrū: orādaque[s] diuæ
Numina conclamant.
Diuidimus muros[t]: & mœnia pandimus urbis.
Accingūt[u] omnes operi: pedibusque rotarum
Subiiciunt lapsus: & stupea uincula collo
Intendunt[x]: scandit[y] fatalis[z] machina muros
Fœta armis: pueri circum innuptæq; puellæ
Sacra[a] canunt: funeque manu cōtingere gaudēt.
Illa subit: mediæque minans[b] illabitur urbi.
O[c] patria o diuum domus ilium: & inclyta[d] bello
Mœnia dardanidū: quater[e] ipso in limine portæ
Substitit: atq; utero sonitū quater arma dedere.
Instamus tamen immemores[f] cæciq; furore.
Et monstrū[g] infelix sacrata sistimus arce:
Tunc[h] etiam fatis aperit cassandra futuris
Ora dei[i] iussu non[k] unquā credita teucris.
Nos delubra deum miseri quibus ultimus esset
Ille dies: festa[l] uelamus[m] fronde per urbem.
Uertitur[n] interea cælum: & ruit[o] oceano nox
Inuoluens umbra[p] magna terrāq; polūque
Myrmidonūque[q] dolos: fusi per mœnia teucri
Conticuere: sopor fessos cōplectitur artus.
Et iam argiua phalanx[r] instructis nauibus ibat[s]
A tenedo tacitæ per amica[t] silentia lunæ
Littora nota petens: flāmas[u] cum regia puppis
Extulerat: fatisque[x] deum defensus iniquis
Inclusos utero danaos & pinea furtim
Laxat claustra sinon: illos patefactus ad auras
Reddit[y] equus: lætique cauo se robore pmunt

l

Fioibus atticis reddas incolumē precor. z Cauo robore. ex ephegesis equi. a Thersandrus: polynicis: & Argię filiꝰ. Sthenelus: Capanei: & Euadęs filiꝰ. Vlyxes: Laertę: & Anticlię. Neoptolemus: quasi ad bellū ductꝰ est puer Pyrrhus. Pyrrhus uero a capillorū qualitate uocitatꝰ est Achillis: & Deidamię filiꝰ: Pelei: & Thetidis nepos ex patre. Ex matre uero Lycomedis regis scyrię insulę. b Primusq; machaon: aut princeps: aut numeri sui. Nam per tempora distinxit. Vrbem. i. ciues. Cęduntur uigiles: nō actꝰ nomē est: sed officii. Vigiles aūt capitolii significat: nā paulo post Vix primi prelia tētāt portarū uigiles. c Cōscia. cōiurata. Bene aūt in insidiis cōsciētiā noiat. d Tēpus erat quo prima quies. hoc loco noctis discribit initiū. Alibi totā noctē: ut Nox erat & placidū carpebant fessa soporē Corpora p terras. Descriptiōes sane p rerū qualitate: uel tēdūtur: uel corripiūtur. Illo eī loco ꝑtentio ad inuidiā ptinet Didonis: & uigiliarū. Sunt aūt solide noctis partes secūdū Varronē hę: uespa: cōticiniū: intēpestū: gallicinū: lucifer. Diei mane: ortus: meridies: occasus. De crepusculo uero quod est dubia lux: nam creperū dubiū significat: quęrit̄. Et licȝ utriqȝ tēpori possit iūgi: usus tamen ut matutino iūgamus optinuit: licȝ Luca. dixerit. Longa repcusso nituere crepuscula phębo. Maniȝ uero ūde est mane bonū dixere ueteres. e Serpit latēter mēbris infūdit. f In sōnis: aut p somnos: aut si insōnis legeris erit synerēsis. i. cōglutinatio pro insōniis. g Ecce. hac particula utimur quotiens aliqd repētinū uolumꝰ indicare: ut. Ecce manꝰ iuuenē interea post terga reuinctū. h Visus adesse. Bene uisus: qa sōnia uidētur tātu: nō sunt naturaliter uera: quod paulo post dicit. i Effert penetralibꝰ ignē cōfirmatꝰ est. Naȝ illud fuisse ueruȝ cōtēdit. k Raptatꝰ. frequētatiuo utimur: ut supra Ter circū iliacos raptauerat hectora muros. l Bigis: secūdū arte; modo dixit: q̄ exigit ut q̄ de pluribus cōstat: plurali tātū numero dicamus: ut bigas: quadrigas: mappas. Sȝ hęc plerūqȝ corrūpit auctoritas: ut Ora. Ne sordida mappa. Item Statius. Rosifera gladiū tenuauerat aera biga. m Traiectꝰ lora: traiecta lora hīns. Hei mihi: uersus ennii. n Exuuias indu: achil. celauit mortē Patrodi ad laudis augmētū. Indutꝰ accusatiuo iūgit̄: ut hoc loco & ut magis in usu est septio: quo nūc nō utimur. Exuuias tātū plurali dicimꝰ. o Phrygios: ignes: flāmas troianas: qbus Protesilai nauis incēsa est. p Barbā: singulari nūero hominū: plurali quadrupedū dicitur. Vñ dubitat̄ de qbꝰ dixerit. Striaeq; impexis induruit horrida barbis. q Plurima muros: quia ut Home. dicit: inextinctū Hectoreȝ oēs tela iecerūt more maiorū. Vñ est. Et bis sex thoraca petitū Perfossūq; locis. pp duodecim populos tuscię. Duodecim enīȝ lucumones: qui reges sunt lingua tuscorū hēbant. Vñ est. Gens illi triplex populi sub gente quaterni. r Vltro. qa ratio exigebat: ut loqret̄ ille qui uenerat. s Cōpellare: alloq. t Spes o fidissima. Bñ p cōtrariū. Spes eī sp icerta in Hectore fidissima. u Expectate. antiptosis est p expectatꝰ. x Fędauit. cruētauit: ut. Sanguie fędātē: & bñ pmāsit in trāslatiōe: qa sp dixerat o lux: iō & serenos: iō & fędauit. Nā Salu. de nubibꝰ. Fędauere lumē. y Ille ni. s. ad interrogata: Pleraq; eī uerba ex negociis accipiūt significationē. z Vana. falsa. a Gemitꝰ. nec eīȝ paruus dolor est uiro forti fortē uirū fugā suadere. Et nota oēs suasorię ptes hoc loco cōtineri. b Fuge natę dea. ppositio est: Eripe flāmis: utile. His aūt dicticos c Stat patrię pria. datū. honestū. Nā cōtra fata uenire cōstat neminē posse. Etiā multi hic distiguūt: ut sit adhuc: ut ēt arma tenētē: sȝ meliꝰ est ēt hacuit. Et pnceps glorię sit ęneas: & Hector supbiā uitet. d Sacra suosque sibi commendat troia penatęs: necessariū. Nam sacrilegiū est non liberare commendatos penates

Thersandrus[a]. sthenelusq; duces: & dirus ulyxes:
Demissuȝ lapsi per funem athamasq; thoasq;:
Pelidesq; neoptolemus: pmusque[b] machaon
Et menelaus: & ipse doli fabricator epeus.
Inuadūt urbem somno uinoque sepultam.
Cædunt uigiles: portisque patentibus omnes
Accipiunt socios: atq; agmina cōscia[c] iungunt.
Tēpus[d] erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit: & dono diuum gratissima serpit[e]
In[f] somnis ecce[g] ante oculos mœstissimꝰ hector
Visus[h] adesse mihi: largosq; effundere[i] fletus
Raptatus[k] bigis[l]: ut quondam aterque cruento
Puluere: perque pedes traiectus[m] lora tumētes.
Hei mihi qualis erat: quātum mutatus ab illo
Hectore: qui redit exuuias[n] indutus achilli
Vel danaū phrygios[o] iaculatus puppibus ignes:
Squallentē barbam[p]: & cōcretos sanguine crines:
Vulneraq; illa gerēs: quæ circū plurima[q] muros
Accepit patrios: ultro[r] flens ipse uidebar
Compellare[s] uirū: & mœstas expromere uoces.
O lux dardaniæ: spes[t] o fidissima teucrum
Quæ tantæ tenuere moræ: qbus hector ab oris
Expectate[u] uenis: ut te post multa tuorū
Funera: post uarios hominūq; urbisq; labores:
Defessi aspicimus: quæ causa indigna serenos
Fœdauit[x] uultus: aut cur hæc uulnera cerno.
Ille[y] nihil: nec me quærētem uana[z] moratur.
Sed grauiter gemitus[a] imo de pectore ducens:
Heu fuge[b] natæ dea: teq; his ait eripe flāmis.
Hostis habet muros: ruit alto a culmine troia.
Sat[c] patriæ: priamoq; datū: si pergama dextra
Defendi possent: etiā hac defensa fuissent.
Sacra[d] suosq; tibi cōmendat troia penates:

e Fatorũ comites possibile: quia occurrebat. Hostis hēt muros: dat ei comites deos. f Pererrato: una pars oratiōis Hoc aũt uerbo ostēdit erroris lōginqtatē. g Vestam. dea ignis: que ut supra diximus terra est. h Diuerso interea. preconoia. Agit enim ęneā nō fuisse pditorē: sed pp lōginqtatē domus: & tardius bella cognouisse: & facilius euitasse discrimē. i Magis atq; magis. iteratiōe sermōis fecit augmētū: ac si diceret magis ac plus: sed pp metrū nō potuit. Sic etiā in diminutiōe uelutī sic dicat. Et minus atq; minus: & ut pro utrūq;. b Anchisę domus. fatis religiose locis oībus q̄dā uiuit Anchises tī uniuersa cōcedit: ut alio loco. Et pater Anchises dare fatis uela iubebat. l Arboribusq; obtecta laus domus. m Recessit. a frequentia se

Hos cape fatorum[e] comites: his mœnia quære
Magna pererrato[f] statues quæ denique ponto.
Sic ait: & manibus uittas: uestāque[g] potentem
Aeternūque aditis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea[h] miscētur mœnia luctu.
Et[i] magis: atq; magis: (quāquā secreta parentis
Anchisæ[k] domus arboribusque[l] obtecta recessit)
Clarescūt sonitus armorūque ingruit[n] horror
Excutior[o] somno: & sūmi fastigia tecti
Ascensu supero: atq; arrectis[p] auribus asto.
In segetem ueluti cū flāma furentibus austris
Incidit: aut rapidus mōtano flumine torrens[q]
Sternit agros: sternit sata læta boūque labores.
Præcipitesque[r] trahit siluas stupet inscius[s] alto
Accipiens sonitu saxi[t] de uertice pastor:
Tum uero manifesta[u]: fides danaūque[x] patescūt
Insidiæ: iam deiphobi[y] dedit ampla ruinam
Vulcano supante domus: iam pximus[z] ardet
Vcalegon: sygæa[a] igni freta[b] lata relucent.
Exorit clamorq; uirum: clāgorque[c] tubarum:
Arma amens[d] capio: nec sat rationis in armis.
Sz glomerare manū bello: & cōcurrere in arcem
Cum sociis ardent animi: furor[e]: iraq; mētem
Præcipitāt: pulchrūq; mori succurrit in armis:
Ecce autem telis panthus elapsus achiuum
Panthus otriades arcis[f] phœbiq; sacerdos
Sacra[g] manu uictosque[h] deos: paruūq; nepotem
Ipse[i] trahit: cursuque[l] amēs ad limina[m] tendit.
Quo[n] res summa loco panthu: quā prēdim⁹ arcez
Vix ea fatus eram: gemitu cum talia reddit:
Venit summa dies. & ineluctabile tempus

cessit: & est speciosa trāslatio: quotiēs rei mobilis ad imobilē: uel cōtra trāsferē officiū u Ingruit inuadit: ut. Ingruit ęneas Italis: & prelia miscet. o Excutior somno: ut appareat terroris eē: nō satietatis. p Arrectis auribus. trāslatio ab animalibus ut apud Teren. Arrige aures pāphile. Flumine: fluxu: ut: Humectat flumine uultū. q Torrēs. fluuius qui ęstate siccat. Vñ & nomē accepit: Cui gręci per cōtrariū dedere uocabulū. Nā; Χειμαρρουν dixerūt a tempore quo crescit: Sicut ęquinoctium ισημερια. r Precipitesq; trahit siluas. hoc speciale fluuii est: supradicta uero etiā ignis. s. Inscius: nō ignarus. Nam uidet: Sed qui nō ualde sit causarū peritus. i. simplex. t Saxi de uertice. id est mōtis. Cōtra in sexto montē p saxo posuit: ut. Pręssanteq; uncis manibus capita aspa mōtis. u Manifesta fides: nō sōni: ut quidā uolūt: sed fraudis gręcorū: nam & hoc sequit. x Danaūq; patescūt: insidię. y Deiphobi: quia ipse post mortē Paridis Helenā duxit uxorē. z Proximus ardet Vcalegon. rem domus ad psonā trāstulit: & ε το αιτιον ut. Mantua ue miserę nimiū uicina cremonę. a Sygęa. Duo sūt troię pmōtoria. Rhętęū: & Sygęum. quod dictū est pp Herculis taciturnitatē: qui phibitus hospitio simulauit abscessū: & inde cōtra troiam per silētiū uēit: quod σιγη dicit. b Freta lata relucēt. incēdii magnitudinē noluit significare: nō hoc describere. Lata āt ideo dixit: q̄a se angustię pōtici oris illic dilatāt: ut Salu. dicit. c Clangor: gręcū est. Nam κλαγγη dicitur: Illud sane intelligendū est: quia morē tetigit expugnationis. Plerūque enim ad tubam euertūtur ciuitates: sicut albam Tullus Hostilius iussit euerti. d Amens. Bene amēs: qui nec sōnio credidit: nec rebus aspectis. Bello. ad bellum. e Furor itaq; mētem precipitant. Potest quidē specialiter accipi: id est mētem meā: furor & ira precipitauerūt: sed melius est generaliter. Non mirū est me arma cepisse sine ratione. Furor enim & ira mētem precipitāt hominū. f Arcis phębique sacerdos: aut subrogatum intelligimus: aut quod melius est: morem Romanum tetigit. In capitolio enim deorum omnium simulacra colebantur. g Sacra manu. hoc est propter quod supra ait. Sacra suosque tibi commendat Troia penates. h Victosque deos, qui egebant sacerdotis auxilio. Simul & ęneę excusātur abscessus. i Ipse trahit. Septima sylepsis. Trahit enim licet nepotis tantum sit: tamen & superiora concludit. l Cursu legitur & cursum. m Ad limina. Aeneę & religio laudatur. & uirtus. n Quo res summa loco panthu? Admirantis est: non interrogantis. Et panthu uocatiuus est. Res summa respublica. Quam prehendimus arcem: quum tu eam relinquas. Non enim plures erant arces. Vnde admirantis: & notanda simul orationis breuitas: quę in periculis congruit. o Dardanię: Troię. Aut a Dardano Iouis & Electrę filio. Aut

secundum Salu. a rege Dardanorum Mida: qui Phrygiam tenuit. p Ferus iuppiter. Summę necessitatis est: quam etiam sacerdos in conuitia ruit deorum. Quod seruat Virgi. Ne unquam tradat Aeneę. Ferus inuidiose dictū est, nam ęquus est omnibus: ut. Rex iuppiter omibus idem: hic & paulu post. Ipse deos in dardana suscitat arma. hoc est qui ęqualis esse consueuit. q Medius in menibus: ubi arx fuerat. r Astans: pro stans: & est prothesis. s Victor. ppositi effectorum: ut. Rapidusq; rotis insistere uictor: t Miscet. scilicet cędibus. Portis alii bipatētibus adsunt quia geminę sunt portę. u Milia. subaudi tot: & est ἀνακόλουθον. Nam dixit quot: quum non pręmiserit tot x Angusta uiarum: uicos: & est ut Stricta uiarū y Ferri acies. Bene addidit ferri: quia synonymum est acies. z Strata uuda. Vnde & distringere dicim⁹. a Cęco marte. Aut nocturno pręlio. Aut epitheton est Martis: cuius exitus semper incertus est. b Numine diuū. subaudi tali. hoc est mala initiēte desideria. c Erinnys. impatiētia animi hoc loco: quū alibi sit furia. Et sublatus ordo est: unde sublatus. d Agglomerant: agglomerant. e Migdonides. patronymicū est. Nam si gentis esset mygdonius diceret. Nullum enim gentis nomen in des exit. Hunc autem Chorebū stultum inducit Euphorion: quem & Virg. seqtur Dans ei dolus an uirtus quis in hoste requirat. Quum sit turpissima dolo quęsita uictoria. f Et gener. Gener dicitur & qui est: & qui esse uult: ut hic indicat locus: sicut & marit⁹. Vnde est. Quos ego sum totiens iam dedignata maritos. g Precepta: propter illud. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris. h Furentis. uaticinantis. Vnde & Sibyllam insaniā uatem adeas dicit alibi. i Incipio super his: his icipio. Super: insuper: quia iam audebant: ut paulo post. Furor additus. k Iuuenes fortissima frustra. Ordo talis est. Iuuenes fortissima pectora frustra succurritis urbi incensę: qa excesserunt dii. Vnde si uobis cupido certa est me sequi audentem extrema. Moriamur: & in media arma ruamus. Obscuritatem autem facit hoc loco: & synchesis. id est hyperbati longa cōfusio: & falsa lectio: Nam multi audendi legunt multi audenti. Sed neutrum procedit: ergo audentem legēdum est. l Excessere. quia ante expugnationem euocabantur ab hostibus numina: ppter euitanda sacrilegia. m Quibus. subaudi auxiliantibus. n Vna salus uictis nullam sperare salutem. Plerūque enim desperatione robur augetur: ut Sta. Est ubi dat uires nimius timor. Item scimus captiuitatis mortem esse remediu;. Hoc ergo suadet: ut aut desperatione uincāt: aut uitetur morte captiuitas. Salus. nunc remediū. o Lupi ceu. Hoc ad ferocitatem ptinet: Nebula ad noctem: Catuli ad liberos: cōiugesque. p Exegit: exclusit: de latebris. scilic; ut Teren. Spectandę an exigēdę uobis sint q Caua umbra bonum. epitheton est. Naturale enim est ut obscurū sit omne concauū. r Quis etiā gręcorū: ut. Quis talia fādo. Lachrymis ęquare labores. Hypallage est: pro laboribus ęquare lachrymas: ut. Dare classibus austros. s Vrbs antiqua: uel nobilis. Vel quia duobus milibus octingentis annis regnasse firmatur.

Dardaniæ: fuimus troes: fuit ilium; & ingēs
Gloria teucrorū: ferus omia iuppiter argos
Transtulit incensa danai dominātur in urbe
Arduus armatos mediis in mœnibus astans
Fundit equus: uictorque sinon incēdia miscet
Insultas portis; alii bipatētibus adsunt:
Milia quot magnis nūquam uenere mycenis
Obsedere alii telis angusta uiarum
Oppositi: stat ferri acies mucrone corusco,
Stricta parata neci: uix primi prælia tentant
Portarū uigiles: & cæco marte resistunt.
Talibus otriadæ dictis & numine diuum
In flāmas: & in arma feror: quo tristis erinnys
Quo fremit⁹ uocat: & sublat⁹ ad æthera clamor.
Addūt se socios rhipheus: & maximus armis
Iphitus oblati per lunam: hypāisq3 dymasq3
Et lateri agglomerat nostro iuuenisq3 chorebus
Mygdonides: illis qui ad troiam forte diebus
Venerat insano cassandræ incensus amore:
Et gener auxiliū priamo: phrygibusq3 ferebat
Infelix qui non sponsæ præcepta furentis
Audierat
Quos ubi confertos audere in prœliā uidi
Incipio super his: iuuenes fortissima frustra
Pectora: si uobis audentem extrema cupido est
Certa sequi: quæ sit rebus fortuna uidetis.
Excessere omes aditis: arisque relictis
Dii quibus impiuʒ hoc steterat: succurritis urbi
Incēsæ: moriamur: & in media arma ruamus:
Vna salus uictis nullam sperare salutem.
Sic animis iuuenū furor additus: inde lupi ceu
Raptores atra in nebula quos improba uentris
Exegit cæcos rabies: catuliq; relicti
Faucibus expectant siccis. per tela per hostes
Vadimus: haud dubiā in mortē: mediæq; tenemus
Vrbis iter: nox atra caua circūuolat umbra.
Quis cladem illius noctis: quis funera fando
Explicet: aut possit lachrymis æquare labores:
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos:

Plurima perque uias sternūtur[t] inertia passim
Corpora perque domos: & relligiosa[u] deorꝝ
Limina: nec soli pœnas[x] dant sanguine teucri:
Quondā etiā uictis redit[y] in præcordia uirtus
Victoresq;[z] cadunt danai: crudelis ubique
Luctus: ubiq; pauor: & plurima[a] mortis imago.
Primus se danaum magna comitante caterua:
Androgeos[b] offert nobis socia agmina credens
Inscius: atq; ultro uerbis cōpellat amicis.
Festinate uiri[c]: nam quæ tam sera moratur
Segnities: alii rapiūt incensa ferūtque[d]
Pergama: uos celsis nunc primū a nauibus itis
Dixit: & ex templo neq; enim respōsa dabātur
Fida[e] satis sensit medios[f] delapsus in hostes.
Obstupuit: retroq; pedem cū uoce repressit.
Improuisū asp͞ris[g] ueluti qui sentibus anguem
Pressit humi[h] nitens: trepidusq; repēte refugit:
Attollētem iras: & cærula colla tumentem:
Haud secus androgeos uisu tremefactus abibat[i]
Irruimus: densis & circūfundimur armis:
Ignarosque loci passim & formidine captos
Sternimus: aspirat[k] primo fortuna labori.
Atq; hic successu[l] exultās animisq; chorebus
O socii qua[m] prima inquit fortuna salutis
Mōstrat iter: quaq; ostēdit se dextra sequamur.
Mutemus clypeos[n]: danaūq; insignia[o] nobis
Aptemus. dolus an uirtus q̄s in hoste requirat
Arma dabūt ipsi. sic fatus deinde comantem[p]
Androgei galeam: clypeiq; insigne[q] decorꝝ
Induitur[r]: lateriq; argiuū accomodat ensem.
Hoc rhipheus: hoc[s] ipse dymas: omnisq; iuuētus
Læta facit: spoliis se quisq; recentibus armat.
Vadimus immixti[t] danais haud[u] numine nostro.
Multaq; per cæcam congressi prœlia noctem
Cōserimus: multos danaum dimittimus orco:
Diffugiunt alii ad naues: & littora cursu
Fida[x] petunt: pars ingentem formidine[y] turpi
Scandūt rursus equū: & nota cōdūtur[z] in aluo
Heu[a] nihil inuitis fas quēquā fidere diuis.
Ecce trahebatur passis priameia[b] uirgo
Crinibus a templo cassandra adytisq; mineruæ

t Sternūtur inertia passim: aut non repugnātia ut. Pecora inter inertia uotis Optat apri. Aut inertia dum occiditur: ut imbellē auertis romāis arcibus indū. hoc est auertēdo oīdis imbellē. u Religiosa. gradatim ascēdit. Sane relligio l geminat in uersu ꝓpter metri necessitatē. x Pęnas dant. moriūtur impune. Hoc enim ꝓprie significat. y Redit in pręcordia uirtus. Atqui ait Ora. Nec uera uirtus quū semel excidit curat reponi deterioribus: sed sentētię nō semp generales sunt. sed interdum pro negotiorū qualitate formātur: & ad tempus dictę sunt. z Victoresque cadūt danai. generaliter dixit uictores. a Plurima mortis imago. Aut diffinitio mortis est: aut uarietas mortis ostēditur. b Androgeos: & gręca & attica declinatio. Vnde est: In foribus lętū Androgeo. Facit enim ὁ ἀνδρόγεως τοῦ ἀνδρόγεω. c Viri. increpātis est. Sera segnities: quę seros facit. i. tardos: ut. Mors pallida. d Ferūtque pgama συμφατικῶς ut ilium in italiā portās. Itis: pro uenitis: ut cōtra Teren. Nisi ego ad mercatū uenio pro co e Fida satis. Bene addidit fida: ut ostēdat simbolū quo utebātur in bello. f Medios: manifestos: ut. Medioque ex hoste recepti. Et quāquā in media iam morte tenetur. g Aspris. syncresis est: ut. Cōpostus Auguē κατασυστικῶς. h Humi nitens. incēdēs per humū. & est aduerbiū. i Abibat. Bene imp̄fecto usus est: nō enim abiit: Ignarosque loci: his circūstātiis ostēdit a paucis plures posse superari. k Aspirat. fauet: ut. Aspirāt aurę in noctē. Vnde & fauor aura dicitur: ut. Gaudēs popularibus auris. l Successu exul. felicitate: quod est stultitię. m Qua pri. in. for. nō qua prima: s; qua primū. Est autē hypallage: ut. Ibāt obscuri sola sub nocte: p ipsi soli q̄ sit uō ornat⁹ cā: ut. Pars in frusta secāt: s; necessitatis. n Clypeos: & maiora scuta: qb⁹ latem⁹ ἀπὸ τοῦ κλέπτειν τὸ σῶμα. o Insignia. arma oia. Arma subdistingue: ut sit quasi interrogātis. p q Comātē: aut cristatā: qa de caudis aialiū hēbant cristas: ut. Cristaq; hirsut⁹ equina: aut comas hñtē: ut Sta. Nō ego in terga comantes abātiadas. q Insigne decorū. ornamētū decorū; nō eī; sūt duo epitheta: qd apud latios uitiosū est. Fecit hoc tñ Virgi. in paucis uersib⁹: q tñ emēdati sūt: ut. Lęta qb⁹ toro o facili supaddita uitis: quum antea facilis fuerit. r Induit: qa multa inerāt in scuto lora: qb⁹ manū inserebāt: ut. Clypeoq; sinistrā insertabā aptās. s Hoc ipse. Multi hic distinguūt & ad ęneā referūt. t Immixti: uacat in: ut solet frequēter. u Haud numine nostro. aut diis cōtrariis: aut quia in scutis grecorū neptun⁹ in troianorū fuerat Minerua depicta. x Fida pet. sibi. s; y Formi. tur. epitheton timoris: Sic Salust. Carbo turpi formidine italia atq; exercitū deseruit. z Con. in al. nō cōdūtur dū eūt: s; cū eē cepint. Vñ & ablatiuo usus est nō accusatiuo: ut in geor. Cōdit⁹ in nubē. Tale est ât hoc: quale icludū e in carcere. a Heu n i. in. fas quē. fi. di. generalis q̄ diffiniat, loco cōgrua. seq̄ e ei; & Cassandre captiuitas fidētis sacerdotio: & pręcesserat armorū mutatio: q̄ nūc dep̄rehēdit: alioq̄n uitiosa ē: q̄m discrepat a specialitate b Priameia. patronymicū q̄ dē ē: s; spēs possessiuū. Priamus

uero tantum patronymici est: sicut priamides. c Ten. ar. lu. quod est manuum oculis dedit. d Frustra. secundum epicureos: & est separatum. e Hanc spem: medium est: nam & bona & mala spes est. f Furiata. Furiosus est a quo furor nunquam recedit. furiatus uero qui furit ex causa. g Periturus: melior sensus est si ad dimicantis referatur affectum: sicut de Tarconte: de quo dixit. Et medios fert moriturus in hostes: cum tamen uicerit. h Culmine. quod ante culmis tegebatur. h Cedes: modo prelium. Miserrima autem: quia inter ciues. i Iubarum: pro cristarum: quae de caudis fiebant: ut supra dictum est. Cristaque hirsutus equina. k Tum da. ordo. l Vndi. col. inua. Erepte σ Χηιιαϛ Διαανοιασ. Non enim dicit a troianis sublatam: sed intelligendum relinquit. m Gemini atridae. i. duo: quod habet excusationem: quia fratres sunt propter similitudinem: nam numeri esse non potest. Gemini enim sunt proprie simul nati. n Exercitus omnis. bene excusat uicti pudorem: ut. Obruimur numero. o Aduersi. i. e contrario flantes. p Eois eurus equis: ab eo is equis: id est solis: nam eurus ab oriente flat. Notandum sane quod cum eous e naturaliter longum habeat: metri necessitate correptum est propter sequentem uocalem. Rarum autem est: nam nec proprium nomen est: ut diana. nec sermo compositus: ut sudibusue preustis. q Stri. sil. excursus poeticus: qui ultra tres uersus fieri non debet: ne sit uitiosissimum. r Spumeus: pro spumosus. Atque imo: ab minus est. s Illi etiam propter illud. Hic primum ex alto. t Obscu. no. per umbram noctis obscurae: ut. Molemque & montis. u Fudimus: modo fugauimus: nam sequitur Totaque agitauimus urbe: & alibi interemimus significat x Mentitaque tela. uerbo communi: hoc est quod nos graecos esse mentiebantur: ut solet sensum dedit rei inanimatae. Non enim poterant tela mentiri. y Signant. designant: aut per uocem: aut per symbolum. quo utebatur exercitus. z Vnus: precipuus. a Aequi: pro equitatis. & optima figura est a feminino genere in neutrum transire. b Dis ali. ui. in ingenti indignatione. Aeneae tamen nihil sacrilegum datur: nam sequitur Confixi a sociis. c Panthu: uocatiuus graecus est. d Iliaci ci: naturale est iurare per id quod carum quis plus habuit: & excusatur ut supra diximus: fuga. e Testor: testificor: & deest nos. f Vices: pugnas: quia per uicissitudinem pugnabatur: ut Salu. docet. Legimus et penas uices dici. Ora. Vicesque superbae. Te maneant ipsum. Sed de bello dictum usurpatum est. Nullum enim prelium periculo caret. g Meruisse ma. testor me meruisse. i. fortiter dimicasse. hi enim merentur occidi. Bene autem euasisse se fatis imputat: quum tam senex quam debilis euaserit occisis iuuenibus. h Clamore: bellico scilicet. i Ingentem pug. merito quippe in domo regia: de qua maior spes erat predae. k Morerentur: modo pugnarent: ut supra. Oriturque miserrima cede s. Acta test. applicata. l Postesque sub ipsos. si circa portam sub postibus. si circa fenestras sub postes. l At tela: contra tela: m Tecta culmina. Tecta participium est. Aut eandem rem bis dixit, n His se. propter quod pugnabant: Sicut Luca. In pugnam fregere rates. o Decora: ab eo quod est decus: ut pecus.

Ad caelum tendens[c] ardentia lumina frustra[d].
Lumina nam teneras arcebant uincula palmas
Non tulit hanc[e] speciem furiata[f] mente chorebus:
Et sese medium iniecit moriturus in agmen.
Consequimur cuncti: & densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine[g] telis
Nostrorum obruimur: oriturque miserrima caedes
Armorum facie: & graiarum errore iubarum[i]
Tum[k] danai gemitu atque ereptae uirginis ira
Vndique[l] collecti inuadunt acerrimus aiax
Et gemini[m] atridae: dolopumque exercitus[n] omnis:
Aduersi[o] rupto ceu quondam turbine uenti
Confligunt: zephyrusque nothusque et laetus eois[p]
Eurus equis: stridunt[q] siluae saeuitque tridenti
Spumeus[r] atque imo nereus ciet aequora fundo:
Illi[s] etiam si quos obscura[t] nocte per umbram
Fudimus[u] insidiis. totaque agitauimus urbe
Apparent primi clypeos mentitaque[x] tela
Agnoscunt atque ora sono discordia signant[y].
Ilicet obruimur numero: primusque chorebus
Penelei dextra diuae armipotentis ad aram
Procubuit: cadit & ripheus iustissimus unus[z]
Qui fuit in teucris & seruantissimus aequi[a]:
Dis[b] aliter uisum: pereunt hypanisque dymasque
Confixi a sociis: nec te tua plurima panthu[c]
Labentem pietas: nec apollinis infula texit.
Iliaci[d] cineres & flamma extrema meorum
Testor[e] in occasu uestro: nec tela nec ullas
Vitauisse uices[f] danaum: & si fata fuissent
Vt caderem: meruisse[g] manu: diuellimur inde
Iphitus & pelias mecum: quorum iphitus aeuo
Iam grauior: pelias & uulnere tardus ulyxi.
Protinus ad sedes priami clamore[h] uocati.
Hic uero ingentem[i] pugnam ceu cetera nusquam
Bella forent: nulli tota morerentur[k] in urbe:
Sic martem indomitum: danaosque ad tecta ruentes
Cernimus: obsessumque acta testudine limen
Haerent parietibus scalae postesque[l] sub ipsos
Nituntur gradibus: clypeosque ac[l] tela sinistris
Protecti obiciunt: prensant fastigia dextris.
Dardanidae contra turres ac tecta[m] domorum
Culmina conuellunt: his[n] se quando ultima cernunt
Extrema iam in morte parant defendere telis:
Auratasque trabes ueterum decora[o] alta parentum

Deuoluunt: alii strictis mucronibus imas
Obsedere[p] fores: has seruant agmine denso.
Instaurati[q] animi regis succurrere tectis:
Auxilioque leuare[r] uiros: uimq;[s] addere uictis[t].
Limen[u] erat: caecaeq;[x] fores & peruius usus[y]
Tectorum inter se priami: postesq; relicti
A tergo infoelix qua se dum[z] regna manebant
Saepius andromache ferre incomitata solebat
Ad[a] soceros: & auo puerū astyanacta trahebat[b].
Euado[c] ad summi fastigia culminis: unde
Tela manu miseri iactabant[d] irrita teucri.
Turrim in praecipiti[e] stantē sūmisq; sub astra
Eductā tectis: unde omnis troia uideri
Et danaum solitae[f] naues & achaica castra[g]:
Aggressi ferro: circum qua sūma[h] labantes[i]
Iuncturas tabulata dabant; conuellimus altis
Sedibus: impulimusq;: ea lapsa repente ruinam
Cum sonitu trahit: & danaū sup agmina late
Incidit ast alii subeūnt: nec saxa: nec ullum
Telorum interea cessat genus
Vestibulū[k] ante ipsū p̄moq; in limine pyrrhus[l]
Exultat telis & luce coruscus ahena:
Qualis ubi in lucem coluber mala ḡmia[m] past9
Frigida sub terra tumidū quē bruma[n] tegebat:
Nūc positis nouus exuuiis nitidusq; iuuenta
Lubrica[o] conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad sole: & linguis micat ore trisulcis.
Vna ingēs periphas[p]: & equoꝝ agitator achillis
Armiger[q] automedon: una omnis scyria[r] pubes
Succedūt[s] tecto: & flāmas ad culmina iactant.
Ipse inter p̄mos correpta dura bipenni[t]:
Limina perrūpit: postesq; a cardine uellit[u]
Aeratos: iāque excisa trabe firma cauauit

p Obsedere: nō ꝓ presidio tenebāt: ut sequētia idicāt. Has seruāt agmię dēso. q Instaurati animi: hic ōndit cos supius defecisse: qđ supra nō dixit. r Leuare: iuuare. s Vimque: uirtutē: ut Salu. Sed uoltra ois uis i aio & corpe sita e. t Victisq; uincebātur: ut Et qua uect9 abas: u Limē erat: cōtra illud obsessis forib9 queadmodū igressi sīt: & dicit ꝑ postici qđ generis ē neutri: ut Ora flacc9. Atria seruāte postico falle clietē. Nā s. generis fęminini legeris postica augurale: ut antica postica. x Cęcę: nō oib9 notę. y Vsus uerbū iuris: uia: act9 usus. Infęlix ad pręsens tēp9 retulit ifęlix. z Dū regna manebāt dū donec: & absolut9 ē sensus. Alii tñ cū legūt: sed cū manebant quō dicimus: cū cōstet manebat modū eē indicatiuū. Hoc ergo sciēdū ē: q: qñ cōiūctiu9 mod9 ē: aliqd iūgi: aut subaudiri debet: ut cū uenire uidi illū. Si at cū ueniebā dicim9 aut mod9 ꝓ mō ē: hoc ē indicatiuus ꝓ cōiūctiuo. Aut cū non erit cōiūctio sed ad uerbiū tpis: & significat tpe quo ueiebā. a Ad soceros pręponderato sexui respōdit: hoc ē masculino. b Trahebat: quia puer: ut Paruūque nepotē Ipsa trahit. c Euado: euacat: ut emortuus. Sane min9 ē hac. i. hac euado d Iactabat. i. spergebāt quasi nihil ꝓ futura e In precipiti. i. alto. Vñ q̄s pōt pręceps dari. Seq̄tur eni sub astra eductā. f Solitę naues: pricipiū sine uerbi origine. Soleo eni naturale ē qđ pręterito caret. g Castra ubi exercitus sit ibi castra dicūtur: Vñ ē Nos castra mouemus: ut Velorū pādim9 alas. h Sūma extrema: ut supremū sūmū dicim9: Proh supreme iuppiter. i Labātes facile ad resolutionē. Et ē ordo: Turri cōuellim9 ipulimusque. Telorū interea cessat genus: bñ addidit gen9. Telū eni dicitur sc̄dm gręcā ethymologiā ἀπὸ τοῦ τῆλοθεν q̄ eqd lōge iaci pōt: quāq̄ legerim9 de gladio: At nō hoc telū mea qđ ui dextera uersat: & seq̄tur. Consurgit i ense. Dictū aūt telū a longitudine. Vñ & mustellā dicimus k Vestibulū: uestibulū āt dicit' pria ianuę ps. Dictū aūt uel q; ianuā uestiat: ut uidemus camerā duab9 sustentatā colūnis: uel quoniā Vestę cōsecratū ē. Vñ nubētes puellę limē nō tangūt: ne numini dicatū locū calcātes sacrilegiū cōmittant Luca. Trāslataque uetat cōtigere limina plāta. Singula ei dom9 sacrata sūt diis: ut Culmina diis penatib9: Macceries quę ābit domū herceo Ioui. l Pyrrhus: pyrrhus dict9 a colore comę: qui latine pyrr9 dicit a colore: quo tingebat. m Gramina past9: legim9: & silua past9 arūdinea. Nā illud aliud ē: pascitur uero siluas. Sed sciēdū ē q; licet hec i usu sit rarū tñ ē apud antiquos. Past9 autē ꝓ qui pascebat: q: ut supra diixim9 i hoc latinitas defecit n Bruma: hyems. Dicta aūt bruma quasi βραχεῖα ἡμέρα. i. breuis dies. Est aūt ut hic idicat locus generis fęminini: numeri singularis. o Lubrica terga: lubricū dr̄ & qđ labi: dū tenet: ut piscis: serpēs: & loc9 i quo labimur: ut Sese opposuit falso p lubrica surgēs. p Periphas: ultima accentum non habet: ne fęmininum sit: nec tertia a fine: quia nouissima longa est: ergo n habebit accentum. q Armiger automedon. Pyrrhi. Nam Anchillis auriga fuit. r Scyria pubes: a scyro insula una de cycladibus: in qua Licomedes fuit pater Deidamię. s Succedunt tecto pro sub tectum cedunt: & est figura quia mutatus est casus. t Bipenni: hoc nomē seruauit antiquitatem: quia ueteres pennas dicebant non pinnas u Vellet: non deiecit. Nam sequitur paulopost Labat: mete credo: sed monet: ut Cynthius aurem Vellit: & admonuit.

Robora: & ingētem[x] lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus: & atria longa patescūt:
Apparēt priami: & ueterū penetralia regum:
Armatosq;[y] uident stantes in limine primo.
At[z] domus interior gemitu miseroq; tumultu[a]
Miscetur[b]: penitusq; cauæ[c] plangoribus ædes
Fœmineis ululāt: ferit[d] aurea sydera clamor.
Tum pauidæ[e] tectis matres ingentibus errant.
Amplexæq;[f] tenēt postes: atq; oscula figunt.
Instat ui patria[g] pyrrhus: nec claustra: nec ipsi
Custodes sufferre ualēt labat ariete crebro
Ianua: & emoti procūbunt cardine[h] postes.
Fit uia ui: rumpunt aditus: primosq; trucidant
Immissi danai: & late loca milite complent.
Non[i] sic aggeribus ruptis cum spumeus[k] amnis
Exit[l]: oppositasq; euicit gurgite moles
Fertur in arua furens cumulo[m]: cāposq; per oēs
Cum stabulis armenta trahit: uidi[n] ipse furentē
Cæde neoptolemū: geminosq;[o] in limie atridas
Vidi hecubā. centūq;[p] nurus: priamūq; per aras
Sāguine fœdātem[r] quos[q] ipse sacrauerat ignes.
Quinquaginta[s] illi thalami spes tanta nepotū
Barbarico postes[t] auro spoliisq; superbi
Procubuere. tenēt danai qua deficit ignis.
Forsitā[u] & priami fuerint quæ fata requiras.
Vrbis ubi captæ casum conuulsaq; uidit
Limina tectorū: & medium[x] in penetralib9 hostē
Arma diu senior desueta trementibus[y] æuo
Circūdat nequiquā humeris: & inutile[z] ferrum
Cingitur: & densos fertur moriturus in hostes
Aedibus in mediis nudoq;[a] sub ætheris axe
Ingens ara fuit: iuxtaq; ueterrima[b] laurus
Incūbens aræ: atque umbra complexa[c] penates.
Hic hecuba & natæ nequicquā[d] altaria[e] circum

x Ingētem fenestrā: epitheto ut solet auxit tapinosī. y Armatosque uident frātres: ut supra. Strictis mucronibus imas. Obsedere fores. z At dom9 iterior: de albano excidio trāslat9 ē loc9. a Tumultu: tumult9 dict9 quasi timor mult9. Vñ alia bella dicta sūt: italicū tumult9. Bñ aūt addidit misero: quia ē etiā terribilis. b Miscet: perturbat: ut nec quisquā gratas acies ex agmine tāto Misceri putet. c Cauę ędes: tecta camerata. Aedē aūt numero singulari de tēplo tātū dicim9: plurali & de domibus & de tēplo: Si alter legeris: usurpatū est: ut mella ordea. d Ferit clamor: scdm philosophos q dicūt uocē corp9 ēe bñ ergo ferit. Aurea sidera: multi ad laq̄aria referūt: qd stultū ē. e Pauidę: p patiētes. Pauid9 ē sep timēs pauēs ex cā: ut supra furiat9 & furiosus. f Amplexęque tenēt postes appollonii loc9 i quo inducitur Medea patrē salutasse domū relinquens. g Vi patria: scdm fidem generis sui. ut Stirpis achillee fastus. Itē de Hercule: Salue uera iouis ples. h Cardine: a cardie i Nō sic aggerib9: uult oñdere grauius uastatam troiā: quā agri fluuiorū eruptione uastetur. Et sciendū cōparationes aut pares esse aut minores. k Spumeus: p spumosus. l Exit dicim9 & exiuit. Sed ii subtrahit Virgi. ut breuē faciat sequētē uocalē. m Cumulo: augmēto. n Vidi ipse furētē ut Quęq; ipse miserrima uidi. o Geminos: more suo fratres gemini eni sūt nō duo: sed simul nati: ut supra diximus. p Centūque nurus: aut finitus ē numer9 p infinito: aut certe ideo cētū: quia barbarorū fuit nō singulas cōiuges habere: s; plures: ut illud dicit plures fęminas: ut Lucan9: cultus gestare decoros. Vix nurib9 rapuere mares: hoc ē fęminis aut cētū p aras: licet icōgruū sit: q: sequit Hęc ara tuebitur oēs. & unus p centū aras occidi nō poterat. q Quos ipse sacrauerat ignes: ut Et religiosa deorū Limina p qd latenter ostēdit nil pdesse religionē. r Fedantē: hoc ē cruētātē. s Quinquagita illi thalami: illi celebrati ab Homero: & bñ de thalamis uerū expressit numeruz: pōt eni un9 thalam9 plures habere cōiuges: & ē zeugma: quiquaginta thalami procubuere. t Et postes superbi: auro barbarico. i. aut multo aut aere barbarico: q: πλησιονη των βαρβαρων Spoliis supbi: hoc fuit moris antiqui: ut ipse i septimo Captiui pēdēt curr9: curuęque secures. u Forsitā & priami fuerint quę fata reqras: bono usus ē ordine: ut añ reipublicę post regis iteritū: inde priuati hoc ē sua fata narraret. De morte aūt priami uarie lectū ē: Alii dicūt q a pyrrho i domo qdem sua capt9 ē: s; ad tumulū achillis tract9: occisusq; iuxta sigęū pmōtoriū. nā & i rethęo Aiax sepultus ē: tūc ei9 caput cōto affixū pyrrhus circūtulit. Alii uero q iuxta hercęi iouis arā extinct9 sit dicūt. Vñ Lucan9. Hercęas mōstrator ait non respicis aras: & hanc opinionem plene Virgi. sequitur: licet etiā illa pręlibet ut suo indicauim9 loco. x Mediū hostē: hypallage ē p in mediis ędibus. Si aūt mediis legeris: nō stat uersus: nisi exclusos ut iter se cōsisse uiros: & decernere ferro. Et bñ priamū nō nisi i extremis armat piculis. y Tremētib9 æuo: nō timore. Circūdat: nō apte sibi cohęrere facit: sed potius oneri sumit z Inutile ferrū: ipse inutilis: ferrū ei de his ē: q a cōiūctis sumūt epitheta: ut uenenū a Nudo sub axe hoc ē sub diuo: qd in pluuiū dicit. Axis āt ē aut plaustrū septētrionale: aut ps septētrionis: aut spirit9 quo mūd9 mouet: sicut docet Luca. b Veterria. usurpatū ē: ergo ut supra dixim9 hoc tātū uti si necesse sit. licet: c Amplexa penates: pēates sūt oēs dii q domi colūt d Ne qcq̄: aut scd; epicureos: aut pp̄ ui bellicā. e Altaria: superorū & arę sūt: & alt

Præcipites atra ceu tempestate columbæ
Condensæ: & diui amplexæ simulacra tenebant:
Ipsum aũt sumptis priamũ iuuenilibus armis
Vt uidit: quæ mens tam dira miserrime coniunx
Impulit his cingi telis aut quo ruis inquit:
Non tali auxilio nec defensoribus istis
Tẽpus eget: non si ipse meus nunc afforet hector.
Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes.
Aut moriere simul: sic ore effata recepit
Ad sese: & sacra longæuum in sede locauit.
Ecce aũt elapsus pyrrhi de cæde polites
Vnus natorum priami: per tela per hostes
Porticibus longis fugit: & uacua atria lustrat
Saucius: illum ardens infesto uulnere pyrrhus
Insequitur: iã iamq; manu tenet: & premit hasta.
Vt tandẽ ante oculos euasit & ora parentũ
Cõcidit: ac multo uitã cũ sanguine fudit.
Hic priamus quãquã i media iã morte tenetur:
Non tamen abstinuit: nec uoci iræq; pepercit.
At tibi pro scelere exclamat: pro talibus ausis
Dii si qua est cœlo pietas: quæ talia curet:
Persoluãt grates dignas: & præmia reddant
Debita: qui nati coram me cernere letum
Fecisti: & patrios fœdasti funere uultus.
At non ille satum quo te mentiris achilles
Talis in hoste fuit priamo: sed iura fidemq;
Supplicis erubuit: corpusque exangue sepulcro
Reddidit hectoreũ: meq; in mea regna remisit.
Sic fatus senior: telũque imbelle sine ictu
Coniecit: rauco quod protinus ære repulsum:
Et summo clypei nequicquã umbone pependit.
Cui pyrrhus: referes ergo hæc: & nuncius ibis
Pelidæ genitori: illi mea tristia facta
Degeneremque neoptolemũ narrare memento.
Nũc morere: hoc dicẽs altaria ad ipsa tremente
Traxit: & in multo lapsantem sanguine nati:
Implicuitque comã læua: dextraque coruscũ
Extulit: ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc finis priami fatorũ: hic exitus illum
Sorte tulit: troiam incẽsam & prolapsa uidentem
Pergama tot quondã populis terrisque superbũ
Regnatorẽ asiæ: iacet ingens littore truncus.

ria Inferorũ tãtũ aræ. Ara autẽ dicitur a præcibus: quas græci ἀρὰς dicunt: unde contra in præcatio κατάρα dicitur. f Præcipites: festinæ: ppter tempestatẽ: & bene atra addidit: quæ & clara: ut Hęc tam clara repente tẽpestas. g Dira: nõ ꝓprie dira cui est deorum ira: ergo quę mens dira .i. infusa ex deorum ira. h Ruis: aut festinas: aut incedis seniliter. i Non si ipse meus: subaudi filius posset defendere. k Ore effata: abundat ore uacua magna: quę difficile complectitur. l Infesto uulnere: bonũ schema uulnus pro telo. m Euasit: peruenit. n Vitã cũ sanguie fudit: modo consequitur: qui sanguinẽ sedẽ uitę uolũt. Alibi eos: qui ipsa sanguinẽ uitã nolunt: ut purpuream uomit ille aiam. o Filicidio. p Media: manifesta: & potest referri ad priamũ: uel ad politem. q Si qua ẽ uel scdm epicureos: uel desperat quia impune ante aras conspicit cędem. r Curet: ulciscat. s Grates: put res fuerit uel in bonis uel in malis dicũtur sicut pręmia. t Me cernere: de spectaculo queritur: nõ de morte. Corã modo aduerbiũ tẽporis ẽ: quia uerbo cohęret: ut Corã quẽ quęritis adsum. u Funere: cadauere: ab eo ꝙ pręcedit: id quod sequitur. Funus ẽ eni iam ardens cadauer. quod dũ portatur exequias dicim⁹: crematũ reliquias: & bustum: conditũ iam sepultum. x In hoste: priamo: aut archaismos ẽ ꝓ in hostem: aut in hoste cũ hostem gereret: quũ ipse hostis eẽt. y Sed iura fidẽque: quia quod Homerus mutat & cęlat ꝓpter turpitudinẽ achillis: dicitur Priamus duce Mercurio ingressus Achillis tẽtoria excitatũ rogasse quẽ dormiẽtẽ posset occidere. Iura uero q a rege rogabatur. z Remisit quia comitat⁹ usq; ad troiã ẽ. a Imbelle: ut inutile ferrũ. b Nequicquã: id est nõ: sic Persius: Ne quicquã fũdo suspirẽt nũm⁹ in imo. c Referes ergo hęc: sarcasmos ẽ iocus cũ amaritudie: ut En agros: & q̃ bello troiam pętisti hesperiã. Asteismos autẽ ẽ urbanitas sine iracũdia: ut atque idẽ iungat uulpes: & mulgeat hircos. d Degenerẽ: non respondẽtẽ moribus patris. e Altaria ad ipsa: unde sperabat auxiliũ. f Dextraq; coruscũ extulit. Si ornatũ gemmis caput regis accipis: sensus talis ẽ. Sublato capite gladiũ i uagina recõdit: q lateri semp cohęret. Si uero coruscũ gladiũ nis itelligere lateri priami ifixũ accipe: κατὰ τὸ σιωπώμενον postea caput eẽ sublatũ. g Hęc fi. oĩa latia nõia: iania simplicia a uerbo ñ uenientia in nis syllaba finiãta masculia sũt. Inania ꝓpi cãis: siplicia pp bipẽnis: a uerbo ñ uenientia pp finis: ergo clunis lunę. bñ dixit. Tremulo descẽdẽs clune puellę. Hora. male dixit. Q̃ d pulchre clunes Hic talis: ut Hũc ego te curiale aspicio. h Sorte: fatali necessitate. i Troiã icẽsã: ꝓ iliũ. k Pergama: ꝓprie troianę arces sũt: nã κατ᾽ ἐξοχὴν arces oẽs pgama dicũs

... eruut oĩ poetã dicim⁹ intelligim⁹ Virgiliũ. l Regnatorẽ asię: quia ipauerat phrygię & mygdonię. m Iacet igẽs littore trũc⁹. Põpeii tangit historiã: ꝙ aũt di it littore: illud ut supra diximus respicit: ꝙ i Pacuuii tragœdia cõtinetur: ꝙ Donat⁹ dicit littus loci ẽe añ aras a litãdo dictũ: rõe caret. Nam alitando li breuis est: & stare non potest uersus.

n Sine noie:sine agnitione. o Seuus horror: quia e & bonus:ut letusque per artus. Horror iit p. Vitã exhalãtem:sc̃dm eos qui aiam uentu; uolunt:ut atque innentos uita recessit. q Direpta p diripieda: pticipiũ p participio Copia notãdũ de exercitu numero cũ dixisse singulari:quũ copias de exercitu numero plurali dicam⁹ ut Sal. Memorare possem quilibet i locis maximas hostium copias po.ro. parua manu fudcrit. Copia uero aliarum rerũ est. t Cũ mihi se:ordo ẽ:cũ mihi se uidẽdã oculis obtulit non ante tam clara. In luce:in nimbo:qui cum numinib⁹ seper est. Dextraque prehensum:ea corporis pte qua Helene ictum minabar:quę in tẽplo uestę stabat ornata.ut ei in primo diximus:aliquos hinc uersus cõstat esse sublatos:nec imerito. Nã & turpe ẽ uiro forti contra fęminã irasci:& cõtrariũ est Helenã in domo priami fuisse hilarem quę in sexto dicitur: quia i domo inuẽta ẽ Deiphobi: postquã e summe arce nocauerat argiuos. hinc aũt uersus ee sublatos. Veneris uerba declarant dicentis: Non tibi tyndaridis facies inuisa lacęnę. Rosco pulchro ppetuum epitheton Veneris. Insuper super quod continuerat indomitas magnas. Quid furis quia furor ẽ uirũ forte ruere in mulieris interitũ. u Nostri cura & hoc loco:ut solet unã se de gnęę familia facit. Nostri aũt & uestri genitiuus ẽ pluralis antiquus & ex gręco ueniens sicut singularis ẽ mis & tis. Nõ est aũt possessiuũ:sed ab eo quod ẽ nos:& hoc est unde dicimus: Nostri causa facit: hoc ẽ nostrũ. x Supet:superuiuat. Ascaniusque puer. filius ut Tuque puerque tu⁹. Hora. Puerosque lędę & ẽ gręcũ:nã παιδα dicũt interdu; tamẽ etiã ad ętatem refertur. y Hauserit ensis: aut pcusserit:ut lat⁹ haurit aptũ aut uorauerit. z Tyndaridis:atqui Iouis ẽ non Tyndari filia. Sed sic dicimus tyndaridis de Helena: ut de Hercule amphytrionides. Nã de Ioue & leda nati sũt pollux & Helena Castor de tyndaro & Leda qui & solus mortalis fuit. Vñ Virgi. in. vi. Si fratrẽ pollux alterna morte redemit quã immortalitatẽ suã cũ fratre ptitus ẽ. Helenã uero imortalem fuisse i dicat tẽp⁹: Nã cõstat fratres eius cũ argonautis fuisse:argonautarũ filii cũ thebanis dimicauerunt. Itẽ illorũ filii cõtra troiam bella gesserunt:ergo si imortalis Helena non fuisset:tot sine dubio sęculis durare nõ posset. hãc aũt legim⁹ prius a theseo raptã:& in ęgypto cõmẽdatã protheo. a Facies iuisa:pulchritudo helenę odiosa.i. Helena:& gręcũ est:ut uis herculea:hoc ẽ hercules: b Lacenę: a puincia laconica. Et notãdũ deriuationẽ minorẽ esse pricipalitate:quod rarum est. c Culpatus ue paris criminosus:

Auulsumq; humeris caput:& sine ⁿ noie corpus
At me tum primũ sęuus ° circũstetit horror.
Obstupui:subiit cari genitoris imago:
Vt regem ęquęuũ crudeli uulnere uidi
Vitam ᵖ exalantem:subiit deserta creusa:
Et direpta ᑫ domus:& parui casus iuli
Respicio:& quæ sit me circum copia lustro
Deseruere omnes defessi:& corpora saltu
Ad terram misere:aut ignibus ægra dedere
Iamq; adeo super unus eram:cum limina uestæ
Seruantem & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio:dant clara incendia lucem
Erranti:passimq; oculos percuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob pergama teucros
Et danaum poenas & deserti coniugis iras
Permetuens troiæ:& patriæ cõmunis erinnys:
Abdiderat sese:atq; aris inuisa sedebat
Exarcere ignes animo:subit ira cadentem
Vlcisci patriam:& sceleratas sumere poenas
Scilicet hæc spartã icolumis:patriasq; mycenas
Aspiciet. partoque ibit regina triũpho
Coniugiũque domũq; patres natosq; uidebit:
Iliadum turba & phrygiis comitata ministris.
Occiderit ferro priamus. troia arserit igni.
Dardaniũ totiens sudarit sanguine littus:
Non ită;nanq; & si nullũ memorabile nomen
Foeminea in poena est:nec habet uictoria laudẽ
Extinxisse nefas:tamen & sumpsisse merentis:
Laudabor poenas:animũq; explesse iuuabit
Vltricis famæ:& cineres satiasse meorum.
Talia iactabam:& furiata mente ferebar.
Cum ˢ mihi se nõ ante oculis tã clara uidẽdam
Obtulit:& pura per noctem in luce refulsit
Alma parens cõfessa deã:qualisque uideri
Cælicolis & quanta solet:dextraq; ᵗ prehensum
Continuit:roseoq; hæc insuper addidit ore.
Nate quis indomitas tantus furor excitat iras
Q uid furis:aut quonã nostri ᵘ tibi cura recessit:
Non prius aspicies ubi fessum ætate parentem
Liqueris anchisen:superet ˣ cõiunx ne creusa:
Ascaniusq; puer:quos omnes undique graiæ
Circum errant acies:& ni mea cura resistat:
Iam flammæ tulerint:inimic⁹ & hauserit ʸ ensis.
Non tibi tyndaridis ᶻ facies ᵃ inuisa lacænæ ᵇ
Culpatus ᶜ ue paris:uerum inclementia diuum

d Aspice: de Homero tractũ: qui inducit Mineruã præstantẽ ista Diomedi: nãque oẽm ordo est. e Oẽm tibi nubẽ eripiã: quę humida circũ caligat: & mortales hebetat uisus tuenti: dicitur aũt nebula orta de terris obesse nostris obtutib⁹. Vnde aquila quia supra nebulas ẽ plus uidet. Est etiã theologica ratio: quia ignorãtes usum uenereũ uidere dicũtur & numina. Vñ nec merito post Veneris abscessũ numina uidisse dicitur ęneas. f Obducta: superducta. g Tuenti: modo uidenti: alias defendenti. h Ne qua parentis iussa time: ne pericula prohibentis. Imperatiuo nigitur modo: sed intẽdũ prĩs tẽporis interdũ futuro: p̃ut aliquid uolum⁹ aut ad præsens aut ad futurũ fieri. Iussa time: uerea-

Hæs euertit opes: sternitq; a culmine troiam.
Aspice[d] nanq; omnẽ quæ nunc obducta[f] tuenti[g]
Mortales hebetat uisus tibi & humida circum
Caligat nubem eripiam: tu ne qua[h] parentis
Iussa time: neu præceptis parere recusa.
Hic ubi disiectas moles: auulsaq; saxis
Saxa uides: mixtoque undantẽ puluere fumũ:
Neptunus[i] muros magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit: totamque a sedibus urbem
Eruit: hic iuno sceas sæuissima[l] portas
Prima tenet: sociũque furens a nauibus agmen
Ferro accincta uocat.
Iam sũmas arces[k] tritonia[m] respice pallas
Insedit nimbo[n] effulgens & gorgone sæua
Ipse[o] pater danais animos uiresque[p] secundas.
Sufficit: ipse deos in dardana suscitat arma:
Eripe[q] nate fugam: finẽq; impone labori.
Nusquã[r] abero: & tutum patrio te limine[s] sistã.
Dixerat. & spissis noctis se condidit umbris
Apparent[t] diræ facies: inimicaque troiæ
Numina magna deum.
Tum[u] uero omne mihi uisũ considere in ignes:
Ilium: & ex imo uerti neptunia troia.
Ac ueluti summis antiquã in montibus ornum
Cum ferro[x] accisã crebrisq; bipẽnibus instant
Eruere[y] agricolæ certatim: illa usq; minatur[z]
Et tremefacta[a] comam concusso uertice nutat:
Vulneribus donec paulatim euicta supremum
Congemuit: traxitque iugis auulsa ruinam[b].
Descendo: ac[c] ducente deo flãmã inter & hostes
Expedior: dant tela locum flammæq; recedunt.
Ast ubi iam patriæ peruentum ad limina sedis:

tur eni ne imperanti sibi fugã non obtemperet. i Neptunus muros: hoc quidẽ habet fabula q̃ Neptunus cũ apolline troię fabricatus sit muros. Sed cõstat laomedontẽ supradictis diis certã nouisse pecuniã ad sacra facieda: Quã inuadẽtib⁹ hostibus trãstulit ad murorũ fabricam. Vñ dii & fecisse muros: & offensi eẽ dicuntur. Simul notandũ q̃ eos facit opera sua euertere: ut Portas Iunonẽ: quarũ dea est. nã & portã luminis nascẽtibus prebet. k Arces Mineruã. Legimus eni pallas quas condidit arces: & Neptunũ muros. Ipsi eni fũdamenta sunt consecrata: cui⁹ & mouentur arbitrio. Vnde ενοσι χθων dicitur: hoc ẽ terrã mouẽs aquę cõcussione: sicut terremot⁹ cõtinent opiniones. Tridenti. Oĩa in ns exeũtia: aut participia sũt aut nomina. Sed participia si sint ablatiuũ & in e & in i mittũt p̃ nostro arbitrio. Iuuenalis. Nec ardenti decoxit aheno: contra. Semperque ardente camino Si uero noia fuerint in e tãtũmodo exeũt. Si aũt eadẽ sint: & noia & participia ut amans: cũ noia fuerint oimodo i e mittũt quũ pticipia licẽter uti mur: ergo quia tridẽs est nomẽ tridẽte debet dicere. Sed nouitatem affectauit nulla cogente necessitate. Sane in oibus: quę & propria esse possunt: & appellatiua: ut liberalis: fęlix. Iuuenalis gentilis a proprio in e exit: ab ablatiuo in i. l Sęuissima: quę & fugã uetabat. Sociũ: sibi deuotum. Furens: irascens. m Tritonia pallas. Notãdum duo antonomasia sine p̃prio. Et ẽ nimię iracũdię: cum dicitur: quãquã irata sit gręcis: non tamen troianis parcere: licet in historia lectũ sit: uehementi⁹ iratam Mineruam: q̃ post uictoriã ei sacrificare noluerunt: ut Horatius: quũ pallas usto uertit irã ab Ilio in ipsã Aiacis ratẽ. n Nimbo effulgens: nube diuina: alii Limbo legũt: & est par uestis extrema: quę instita dicitur: ut Horati⁹. Quarũ subsuta talos tegit instita ueste. o Ipse pater: qui omnibus un⁹ esse consueuit: ut rex iuppiter oib⁹ idẽ. Et bñ honesta ęneę causa fugiendi est. p Viresque secundas: quę fuerũt & in troianis: sed nõ prosperę. q Eripe: accelera: raptim fac. r Nusq̃ abero: bono ęconomia: nã si tenẽt Danai: qua defecit ignis: necessariũ ẽ pręsidiũ numinis: ut Horati⁹. Nec de⁹ intersit: nisi dignus uidice nodus inciderit. s Limine sistã: i liminẽ ut silua te thyrrene feras. t Apparẽt dirę facies: s̃cdm mathesim post obscesũ Veneris dira dicuntur apparuisse numina: cuius pręsentes radii interuenientes anæreticos temperant. u Tum uero: quia ante & ab Hectore audierat: & per se uiderat euerti troiam: sed non omnem. x Ferro & bipennibus: tautologia. y Eruere: pro deiicere & est acyrologia. z Minatur: aut eminet: ut minęque murorum: aut mouetur. a Tremefacta comam: solita figura. b Ruinam: altarum arborum. c Ac ducente deo: s̃cundum eos qui dicunt utriusque sexus participationem habere numina. Nam ut ait Caluus: Pollentemque deum uenerem. Item Virgili⁹ Nec dextrę erranti deus abfuit: quom aut Iuno fuerit aut alecto Est etiam in Cypro barbatę Veneris simulacrum.

Antiquasq; domos: genitor quē tollere in altos
Optabā: primū montes: primūque petebam
Abnegat excisa uitā producere troia:
Exiliūque pati: uos o quibus integer æui
Sanguis ait: solidæque suo stant robore uires:
Vos agitate fugam.
Me si cælicolæ uoluissent ducere uitam
Has mihi seruassent sedes: satis una superque
Vidimus excidia: & captæ superauimus urbi.
Sic o sic positū affati discedite corpus.
Ipse manu mortem inueniā: miserebitur hostis.
Exuuiasque petet: facilis iactura sepulcri est
Iāpridem inuisus diuis & inutilis annos
Demoror: ex quo me diuū pat atque hoīm rex
Fulminis afflauit uentis: & cōtigit igni
Talia præstabat memorās: fixusq; manebat.
Nos contra effusi lachrymis cōiūxque creusa
Ascaniusque: oīsque domus: ne uertere secum
Cuncta pater fatoque urgenti īcūbere uellet.
Abnegat, inceptoque & sedibus hæret in iisdem.
Rursus in arma feror: mortēque miserrim9 opto:
Nā quod consiliū aut quæ iā fortuna dabatur
Me ne efferre pedem genitor te posse relicto
Sperasti: tantūque nefas patrio excidit ore:
Si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui.
Et sedet hoc animo: perituræq; addere troiæ
Teque tuosque iuuat: patet isti ianua læto
Iamque aderit multo priami de sanguīe pyrrhus
Natū añ ora patris: patrē qui obtrūcat ad aras
Hoc erat alma parēs: qđ me per tela per ignes
Eripis: ut mediis hostem in penetralibus: utque
Ascaniumq; patrēque meū iuxtaque creusam
Alterū in alterius mactatos sanguine cernam.
Arma uiri ferte arma: uocat lux ultima uictos:
Reddite me danais: sinite instaurata reuisam
Prœlia: nunquā omnes hodie moriemur inulti
Hic ferro accingor rursus: clypeoque sinistram

d Antiquasque domos: caras: & aliud pendet ex alio. Nihil eni interest utrū carum dicas: an charitatis causā. Sane domus ābitiose dixit. e Primū præcipuū. f Vos: o obliqua oratio ē. Nā apte qdem hoc agitur: relinquatur: latenter uero aliud: p quod in ima ēnec ostenditur pietas: qui nec miseris carus mouetur: ut patrē relinquat. g Integer cui sanguis: plenā ætatē significat: ex sanguine: qui nō ē integer nisi in iuuenibus. Nā dicūt physici minus sanguinē p ætatē. Vnde in senibus tremor ē. h Suo robore. i. pprio sine alterius auxilio quo eget Anchises. i Celicolę: ad quos nr̄a ptinet uita: ut haud credo i uisus cęlestibus auras Vitalis carpis. & Nos iuuenē exanimū: & nil iā cęlestib9 ullis Debentē. Et igne9 ē ollis uigor & cęlestis origo: Aia eni cęli ps ē: umbra inferorū: ideo ergo nō posuit generale deorū nomē: & addidit cęlestib9: ne crederentur iferni dii: qui datores uitę nō sunt. k Satis superque ad augmetū superque addidit: ē aūt tenesis sane sciēdū est eē aliqua quę augmētū non recipiūt: ne min9 significent ut satis pfectus. Nā quæritur utrū pfectior possit facere: ne icipiat pfectus minus significare. l Vna excidia: sub laomedonte unū excidiu; uiderat: sed emphaticos dixit excidia. m Sic o sic positū affati discedite corp9. Sensus talis ē: pręstate uos mihi funebre solatiū. i. affamini me: ut dici mortuis solet: Vale: uale: uale. Vnde & magna supremū uoce ciemus. Morte aūt ego manu hostis iueniā. Nā hic ordo est ego inueniā morte manu hostis. Ille miserebit & petet exuuias. n Miserebitur uero dixit affectu eius qui cupiebat interimi. ut cū hostis quasi miserat9 occideret. Sic in viii. mater Euriali. Aut tu sūme pater diuū miserere tuoque. Inuisū hoc detrude caput: sub tartara telo. o Exuuiasque pe. quasi obiectio: sz spoliatū linquet cadauer: & respōsio. p Facilis iactura sepulcri: aut scđm epicureos: qui dicunt nil superasse post mortē: aut hoc dicit facilis sepulturę iactura ē quā pōt iuria pręstare. q Annos demoror: quasi festinātes diu uiuendo detineo. r Fulminis afflauit uētis & cōtingit igni. Tria sūt fulminū genera: ē qđ afflat: q icēdit: q scīdit. De hoc aūt siluit. Fulminat9 ē aūt Anchises: q: se cū uenere concubuisse iactabat. s Nos contra: pręposiţiones uel aduerbia iā exeūtia modo pducūt ultimā litterā: excepto puta: & ita & q: apud Enniū & pacuuiū breuia sūt: hic ē q etiā numerorū noia indeclinabilia a producūt: ut Triginta magnos uoluēdis mēsib9 orbes. Alia uero q̄ declinātur breuia sunt scđm rōnem nnīm in a exeūtium: t Omnisque domus: modo familia: alias homicidium: interdum re uera domus. u Mortē opto contra fatorum uim. & matris auxilium. x Me ne: pbare pietatis filium. Nam pronomina habet uim suam nonnūqua & emphasim: ut cātando tu illum: Posse plus ē quā uelle. y Excidit: bene excusat patrem dicēdo excidit: & ipsam tēpat obiurgationē. z Patet isti: appocope ē: p istic: pnomē ci eē ñpōt: q: nō pręcedit nomē. a Natū añ ora patris: his reb9 terret eū q ñ pōt mortē tiere. b Obtrūcat: obtrūcare cōsueuit. c Arma uiri ferte arma: notāt hoc critici q: sępi9 armari aliquos dicit: cū exarmatos nusquam ostendat: qui nesciunt non omnia a poeta: ut supra diximus dici debere. Nam & dicm describit nocte non pręmissa. Supflue eni dicitur ea q̄ necesse ē fieri: q s eni domū igressus nō arma deponat. d Reddite

me danais: quib⁹ me sustulit mater. e Tendebat: offerebat: sed nõ manib⁹ eũ gestans. f Si periturus abis: argumẽti dilema .i. cõplexio: q̃ aduersarium ab utraque parte concludit. g Cui paruus iulus: interrogãtis ẽ & simul epithe to cõmẽdat ętatẽ. h Coniux quondã tua dicta relinquor: quondã aut aliquãdo significat: quasi nũc uxor non sit quę relinquitur. Aut certe quõdã sẽper significat: ut in georgicis. Vt quõdã in stipulis magnis sine uirib⁹ ignis. Et ẽ sensus quã semp coniugẽ nominasti: haberi eni queuis poterat: noiari nũ nisi nobilis. i Manus inter: mutauit accentũ prępositio postposita. Sane inter plerũque ꝑ per ponitur. Sed raro apud Virgi. ut Hic inter fluuio tyberius

Insertabã aptans: meque extra tecta ferebam.
Ecce autem cõplexa pedes i limine coniunx
Hærebat: paruũque patri tendebat[e] iulum.
Si periturus[f] abis: & nos rape in omnia tecum:
Sin aliquam expertus sũptis spẽ ponis i armis:
Hanc primũ tutare domũ: cui paruus iulus
Cui[g] pater & coniunx[h] quondã tua dicta relinquor
Talia uociferans gemitu tectum omne replebat:
Cum subitum dictuque oritur mirabile[k] mostrũ
Nanque manus[i] inter mœstorũque ora parẽtũ
Ecce leuis summo de uertice uisus iuli
Fundere[l] lumen apex: tactuque inoxia molli:
Lambere flãma comas: & circũ[m] tẽpora pasci
Nos pauidi tripidare metu: crinẽque flagrãtem
Excutere: & sanctos[n] restinguere fontibus ignes.
At pater anchises oculos[o] ad sidera lætus
Extulit: & cælo palmas cum uoce tetendit:
Iuppiter omnipotens precibus si flecteris[p] ullis
Aspice[q] nos: hoc tantum & si pietate meremur:
Da deinde auxilium pater: atque[r] omnia firma.
Vix ea fatus erat senior: subitoque fragore
Intonuit[s] leuũ: & de cœlo lapsa per umbras:
Stella facem ducens multa[t] cum luce cucurrit.
Illam summa super labentem culmina tecti:
Cernimus idæa[u] claram se condere silua.
Signantemque uias: tum longo limite sulcus
Dat lucem: & late circũ loca sulpure fumant
Hic uero uictus[y] genitor se tollit in auras.

amœno. bona aũt œcõnomia ad Iulũ uenit dicens eũ fuisse inter man⁹ parẽtũ: hoc ẽ inter cõplexus. nũ eni possumus eũ illo tẽpore portatum dicere: quẽ post septẽ annos legim⁹ & uenatũ iuisse: & bella tractasse. k Mirabile monstrũ: τῶν μέσων est dictũ a monstrãdo. Et refertur ad pñs ei⁹ significatio. Prodigium aũt est quod i longũ tempus dirigit significationem. l Fundere lumen apex: apex ꝓprie dicitur i summo flãminis pileo uirga lanata: hoc ẽ cui⁹ extremitati modica lana est: quod primũ constat apud Albam. Ascaniũ statuisse: modo aũt ꝓ summitate pilei intelligimus Tangit nanque ut frequẽter dixim⁹ latenter historiam. Itẽ hoc quoque de igni ad seruiũ tullum ptinet: nã quũ Tarquini⁹ Priscus cepisset Corniculanã ciuitatẽ: ex captiua quadã i domo ei⁹ natus ẽ Seruius Tull⁹ Hostilius: qui quum obdormisset caput ei⁹ subito flãma corripuit: quã quũ uellent restringere. Tãnaquil regis uxor auguriorũ perita itelligens auguriũ ꝓhibuit. Flãma puerũ cum sõno deseruit. Vñ intellexit eũ clarũ fore usq; ad ultimũ uitę. Sane perite luce; dixit nũ ut in septimo. Tũ fumida lumie fuluo. nã & illic quidẽ splẽdor ẽ: sed cũ fumo qui semp causa lachrymarũ est. In ascanio aũt solus ostenditur splẽdor. m Circum tẽpora pasci: crescere: ut Sacrũ tibi pascere crimen. Sũt aũt infinita ꝓ indicatiuis. Fũdere: lãbere: pasci historico more. n Sãctos restinguere: nõ quos tũc sanctos sciebant: sed quos mox ꝓbarũt. o Oculos ad sidera contra opinionẽ Theocriti: qui eũ cecatũ fuisse commemorat. p Si flecteris: aut scdm stoicos locutus ẽ: qui fati asserunt necessitatẽ aut scdm epicureos: q dicũt deos nõ curare mortalia. q Aspice nos: quia intuentes diiuuãt. Vñ est: Atque oculos rutulorũ reiicit aruis & cõtra Diua sola fixos oculos auersa tenebat.
r Atque hęc omnia firma: scdm romanũ morem petit: ut uisa firmẽtur. Nõ eni auguriũ unũ uidisse sufficit: nisi confirmetur ex simili. Nã si dissimilia sint posteriora soluũtur priora. Vñ est. Quãtũ chaonias dicũt aquila ueniẽte colũbas. Nã aquila sine dubio colũbis plus potest. s Intonuit leuum: sinistrum: prosperum: quia celeste est ut supra diximus. Sinistrum autem a sinendo dictum: quantum ad auguria pertinet: quod nos agere aliquid sinat. t Multa cum luce cucurrit. nunc theologicam rationem sequitur quę asserit flammarum quos cernimus tractus nimbum esse descendentis numinis. Alibi physycam: ut uento impendente uidebis. Flammarum longos a tergo albescere tractus. Facem ducens: lumen quod utique ex facibus nascitur. u Idęa claram se condere siluam: stellę huius cursus signi ficat troianos cõglobatos ad domum œneę. Idam petere: quod dicit Multa cum luce ostendit claros: quod signantem uias scintillas quasdam: dicit relictas quę ostendunt remansuros in diuersis partibus socios: quod longo limite: ostendit errorem: quod sulcum dicit significat longum maris ęquor arandum. Et quod ait Sulphure fumant: diuini ignis odor ostenditur. Ex fumo autem mors Anchise cognoscitur: sicut eius oratio sequens indicat. x Cedo: equidem: quasi licet me sciam cẽ moriturum: & bene quod diuinauit Anchises totum ei conceditur. y Victus genitor: a pristino proposito recedẽs. z Se tollit ad auras: uerbum augurum: qui uisis auspiciis surgebant ex tẽmplo. a Affaturque deos: agit diis

gratias. b Vestroque i numine troia ē: in uobis habeo troiā: propter illud. Has mihi seruassent sedes. c Comes ire recuso: tantū ad solatiū itineris: quippe moriturus: ut in sexto æneas: Ille meū comitatus iter. Vuult eni Virgilius etiā æneę concedere patris peritiam. d Dixerat ille: hic distinguēdum. Et iam dū negat: dū attēdūtur auspicia. e Propiusque: ꝓpter illud. Arboribusque obtecta recessit: & ē ordo. Incendia ꝓpius uoluunt æstus: id est calorē. Vñ etiā æstas dicitur. f Ergo age: quia consensisti: & ignis ꝓpinquat. g Age aūt modo nō ē uerbū impantis: sed hortantis aduerbium: adeo ut plerique age facite dicamus: & singularē numerū copulemus plurali. h Ceruici: ceruix cū numero singulari dicitur: colliū significat: si pluraliter utamur: supbiā ostēdimus: ut i Verrinis Cicero Frāge ceruices. i Ambobus erit: ad filiū: & ad patrem pōt referri: sed melius ad patrē: quia de Ascanio post loquitur. k Et longe seruet uestigia: longe ualde, ut Tyberinaque longe hostia. Nam longe nō potest: quia sequitur: Pone subit cōiūx. Et bene ire singulos facit. scit enim multitudinē facile posse compręhēdi. Seruat autē: custodiat: ut Et tantas seruabat filia sedes: uel seruātē ripas. l Vrbe egressis: hic ablatiuo iunxit: ut Hora. Egressum magna me accepit aritia roma. Salustii. accusatiuo: ut Raro egressa fines suos: ergo ut. ū q; discimus. m Tumulus: modo terra tumens: alias sepulchrum. Prudenter autem circa turbatos pluribus utitur pręceptis: quia scit esse timoris comitē obliuionem. n Templumque uetustum desertę cereris bene Cereris fanum dicit esse ante urbem quę dea rusticorum est. Et librate Aeneas & Cereris templum: & uetustum eligit: ad quod nec uiris erat aditus: sicut hostes putabant. Nam Aeneas scit ante esse prophanatum: nec prędę spe gręci poterant duci: o Desertę cereris: utrum a sacerdote: qui in sexto extinctus inducitur: ut Cererique sacrum polybętem. An desertę illo tempore propter decenalem obsidionem. An desertę a filia: ut Nec repetita sequi curet proserpina matrem. p Religione patrū: timore & ē reciprocū; sic Terentius. Nam mihi nil esse religio est dicere: id ē metus. Itē Virg. contra: Multosque metu seruata per annos cōnexa eni sūt metus & religio. Vnde Sta. Prim⁹ in orbe deos fecit timor. q Cupressū aūt arborē funebrē bn̄ ante tēplū deę lugētis esse cōfirmat. r Cape sacra manu: nō ē dantis: sȝ hortātis: ut tollat quia seqtur. s Me bello ē tanto digressū & cęde recenti Attractare nefas: Scit eni gręcos ex pollutōe palladii piaculū cōmisisse. t Flumine uiuo sp fluēti id est naturali. ut Viuoq; sedilia saxo: ē aūt augurale uerbū. u Latos hūeros: aut more heroū se laudat. Aut certe sternēdo latos facit. x Succedoque oneri: figura ē: ut Succedūt muro: & flāmas ad culmina iactāt. y Implicuit: puerilē expressit timore. z Pone: aduerbiū est: atque ideo ultima syllaba habet accentū. a Opaca locorū: quia dixit arboribusque obtecta recessit. Est autē hęc elocutio: ut Strata uiarū. b Et me quē dudū: naturalia plus timet: quia uir fortis & pius nō timet bellicū timorē: sed naturalē: ꝓpter quod sequitur. c Comitique onerique timētē. Glomerati ex agmine: ꝓpter illud Vndique collecti iuadūt. d Son⁹ excitat oīs: consternat subito. e Cū creber ad aures: histerologia est. f Nate: hęc singula ꝓnūcianda sūt: quia pturbatis iugis nō datur oratio. g Propiquāt: nō dicit ę ꝓpter sequētē de comātib⁹ ęconomiā. h Cerno: nōnulli quęrūt ex cui⁹ psona cerno dictū sit: sed alii⁹ in uerba cerno

Affaturq;[a] deos: & sanctum sidus adorat:
Iā iam nulla mora ē; sequor & qua ducitis adsum
Dii patrii seruate domum; seruate nepotem.
Vestrum hoc auguriū, uestroq; ī numie[b] troia ē.
Cedo[c] equidem; nec nate tibi comes[c] ire recuso.
Dixerat[d] ille, & iam per mœnia clarior ignis
Auditur propiusq;[e] æstus incendia uoluunt:
Ergo[f] age[g] care pater ceruici[h] imponere nostræ.
Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit.
Quo res cunq; cadent: unū & cōmune piclum
Vna salus ambobus[i] erit: mihi paruus iulus
Sit comes: & longe[k] seruet uestigia coniunx.
Vos famuli quæ dicā animis aduertite uestris.
Est urbe egressis[l] tumulus[m]: templūq;[n] uetustū
Desertæ[o] cereris: iuxtaq; antiqua cupræssus[q]:
Relligione patrū[p] multos seruata per annos
Hanc ex diuerso sedem ueniemus in unam.
Tu genitor cape[r] sacra manu: patriosq; penates
Me[s] bello ex tanto digressum & cæde recenti
Attrectare nefas; donec me flumine[t] uiuo
Abluero;
Hæc fatus latos[u] humeros subiectaq; colla;
Veste super fuluique insternor pelle leonis.
Succedoque[x] oneri, dextræ se paruus iulus
Implicuit[y]; sequiturq; patrē nō passibus æquis.
Pone[z] subit coniunx; ferimur per opaca[a] locorū;
Et me[b] quem dudum non ulla iniectā mouebāt
Tela; neque aduerso glomerati ex agmine grai
Nunc omnes terrent auræ; sonus[d] excitat omnis
Suspensū & pariter comitiq;[c] oneriq; timentem.
Iamque propinquabā portis; omnēq; uidebar
Euasisse uiam; subito cum[e] creber ad aures
Visus adesse pedū sonitus; genitorq; per umbrā
Prospiciēs nate exclamat; fuge nate[f], ꝓpinquāt[g];
Ardentes clypeos atq; æra micantia cerno[h].

Hic mihi nescio qd trepido male numē amicū
Confusam eripuit mentē: nāq; auia cursu
Dum sequor: & nota excedo regione uiarum:
Heu misero coniux fato ne erepta creusa
Substitit: errauit ne uia seu lassa resedit:
Incertum. nec post oculis est reddita nostris.
Nec prius amissā respexi: animūque reflexi
Quam tumulū antiquae cereris: sedēq; sacratā
Venimus: hic demū collectis omnibus una
Defuit: & comites natūq; uirumque fefellit.
Quē nō incusaui amens hominūq; deorūq;
Aut quid in euersa uidi crudelius urbe?
Ascanium anchisēq; patrem teucrosq; penates
Commendo sociis: & curua ualle recondo
Ipse urbem repeto: & cingor fulgentib^9 armis
Stat casus renouare omnes: omnēq; reuerti
Per troiam: & rursus caput obiectare periclis:
Principio muros obscuraq; limina portae
Qua gressum extulerā repeto: & uestigia retro
Obseruata sequor per noctem: & lumine lustro
Horror ubiq; aīos simul ipsa silentia terrent:
Inde domum si forte pedem si forte tulisset:
Me refero: irruerāt danai: & tectū omne tenebāt
Ilicet ignis edax summa ad fastigia uento
Voluitur: exuperat flāmae: furit aestus ad auras.
Procedo ad priami sedes: arcēq; reuiso.
Et iam porticibus uacuis iunonis asylo
Custodes lecti phoenix & dirus ulyxes
Praedam adseruabant: huc undiq; troia gaza
Incensis erepta adytis: mensaeq; deorum
Cratereſq; auro solidi: captiuaq; uestis
Congeritur: pueri & pauidae longo ordine mres
Stant circum:
Ausus quinetiam uoces iactare per umbram
Impleui clamore uias: moestusq; creusam
Nequicquam ingeminās iterūq; iterūq; uocaui.
Quaerēti & tectis urbis sine fine furēti
Infoelix simulacrū atque ipsius umbra creusae
Visa mihi ante oculos: & nota maior imago.
Obstupui: steteruntq; comae: & uox faucib^9 haesit.
Tum sic affari & curas his demere dictis.
Quid tantū insano iuuat indulgere labori

enee dant. i Male numen amicū: nō cū utilitate mea faciens uxorē q̄ in numerū matris deum ministrarū relicta ē. k Mētem: memoriā: ut paulo post. Nec pri^9 amissā respexi. l Fato ne erepta creusa: ordo ē fato erepta Creusa substitit ne errauit ne uia: nō enī dubitat fato esse sublatā cū audierit nō hec sine numine diuū euenīūt. m Nec post oculis ē reddita nostris: constat hoc. Nā umbrā eius uidit tantūmodo. n Hic demū: hic una defuit: aliter uitiū ē. o Natūque qui p etatē matrem desiderare debuerat. p Deorūque: hypermetrus uersus. q Vidi crudelius: his bene uerbis cōmendat se futur^9 maritus. r Valle recōso hic iā ostēditur nimia multitudo. s Stat casus: placet ut stat quicqd acerbū ē Mortē pati. t Obscura limina: aut p noctē obscurā: aut certe posticū dicit. u Retro obseruata sequor: re lego retro sequor mea uestigia. y Lumine lustro: oculos circūfero. y Ipsa silentia: ipsa q̄ terrere non debēt: precipue inter hostes. Sed ut dixim^9 naturalib^9 tātū cedit. z Si forte pedē si forte iteratiōe auxit dubitationē. a Irruerāt danai: quos Venus ante phibuerat. Vnde ē Et ni mea cura resistat. b Ilicet: confestim: hoc significat & ilico: sed metri rōe uariatur. c Sūma ad fastigia uēto: qui auget flāmas: ut ueluti cū flāma furentib^9 austris. d Fastigia aūt mō de sūmitate ppric dixit alibi p contrariū de imo: ut forsitā & scrobib^9 q̄ sint fastigia queras. Inde ē cēlūque pfundi: quasi cui^9 sit porro fundū: quū de imo pfūdus de sūmo fastigium dicatur. e Priami: patris ei^9 Arcē: ne uel illuc cōfugisset. f Vacuis: magnis: qppe illuc erāt omnia. g Iunonis asylo: templo unde null^9 posset extrahi: dictū asylū quasi asyrum: hoc aūt nō est in oibus tēplis: nisi quib^9 cōsecrationis lege cōcessū ē: primo aūt apud atheniēses statutū ē ab Herculis filiis: quo isequebātur ii qui erāt a patre oppressi. Sicut docet in. vii. Sta. Fama ē defessos acie post busta paterni Numinis herculeos sedem fūdasse nepotes. hoc etiam Romulus imitatus est. Vnde ē quem romulus acer asylū Rettulit: Nō statuit. h Phenix: achillis magister. i Huc p illuc. k Gaza: census persarū lingua: & ē numeri singularis tāti. Mēseque deorum: postquā excessere oēs adytis. l Captiuaque uestis: p captiuorū: & ē nota elocutio. m Longo ordine: lōga multitudie: ut i. vi. Vā oēs lōgo ordie posset quā ordinē linquar. n Ausus: quia inter hostes. o Voces iactare: q̄ cōtrarie sunt latere capientr: & igrēti officiū ad uocē trāstulit: pp̄ter noctē ibi enī uoce opus ē: ubi usus nō suppetit. uoces uero. q. Iterūq; iterūque uocaui. p Tectis: p tecta. & ē antiptosis q Infelix simulacrū: mihi nō sibi: ut Que potuit ifelix. p simulacrū ait apotheosin osdit: q: simulacra deorum sunt: umbre iferorum. Sic Vlyxes i Home. apud iferos umbrā herculis cernit: q p post mortē umbre iferos: aie celū petiit. r Maior imago: quia ūbra maior ē corpe. s Quid tāti: cōsolatio ē seq̄t̄ et diuinatio: q̄ ais liberatis a corpe cōcedit. ut nec lōgū letabere: te

m 2

quoque fata expectãt paria. t Insano: magno ut insani feriant sine littora fluct⁹. idulgere: operã dare ut indulgent uino. u Sine numine diuum: sine fati necessitate: ut eni Stati⁹ dicit: Fata sunt q̃ dii fant: uel quę indubitanter eueniũt. x Nec te comitẽ hic asportare creusã: hic uersus caret scãsiõe: uñ multi hic: multi as syllabã ðtrahũt Si tamẽ uis fide seruata hũc scandere: fit cõuersio ut Eueniũt nec te hinc comitẽ. & põt scãdi per synaliphã Alter nec ecdipsim nec hiatũ nec synaliphã recipit. y Fas quia sequitur Regnũ q̃ & regia coniũx Parta tibi. z Creusã quia latina declinatio ẽ: latin⁹ erit accẽtus: a Olympi: cur i pe nultima accẽt⁹ sit: manifesta ẽ ratio apud latinos. quãquam gręci discretionẽ ıclıut p accentũ facere montis & cęli: quod supẽmum ẽ. b Arãdum: quia legimus: Subtrahiturque solũ: non imerito dixit nũc arandũ. c Hesperiam: sequenti epitheto italiam ab hispania segregauit: que & ipsa hesperia dicitur. d Vbi lydius tybris: thuscus. Dictus lydi⁹ a fratre Tyrreni. Nam Lydi⁹ & Tyrrenus duo fratres qm̃ eos ꝓuincia una non ferret: in sortẽ miserũt: ut diuisis copiis proficiscerentur unus ad nouas sedes quęrẽdas. profectus Tyrrenus est: qui ex suo noie thuscos tyrrhenos uocauit. Lydia aũt dicta est in qua frater remanserat. Vnde nũc traxit: ut Lydium diceret. Thusci autẽ a frequentia sacrificii dicti sũt: hec est απο του θυειν. Constat nãque illica Tage aruspicinam repertã: ut Luca. meminit. Sed conditor artis finxerat ista tages. e Leui agmine: leui impetu. f Lachrymas dilectę pelle creusę: melius ad posteriora referimus: ut dicat noli flere: nec eni captiua sum. Male eni plerique dicũt: quia habes uxorem paratã. g Seruitũ: ut seruiã. modus gerũdiuus ẽ. h Dardanis: laus a maiorib⁹. i Nur⁹: laus a cognatione. k His oris: in quib⁹ colitur. l Iamque uale: recedentis significatio est. unde de mortuis dicitur: ut Salue mihi maxime pala Acter nũque uale. m Nati serua cõmunis amore: propter futurã nouercã. n Man⁹ effugit imago: q̃si imago q̃ non tenet. Naturale eni est: ut non possit teneri. Na quod in sexto ait: Da dextrã misero auxiliũ significat. o Simillima sõno: Sic Cice. simillimo deo iudicio. Nã genitiuo debuit iũgi. p Sic demũ nouissime: inuenio admirãs: quũ iuenisse admirat⁹ sũ. q Exilio: ad exiliũ. Donatus cõtra metrũ sensit: dicẽs exilio: quasi de ilio. nam i lõga ẽ. r Miserabile uulg⁹: magnũ ẽ q̄ addidit uulg⁹. s Lucifer idę: ut troianis uidet: sic alibi: ubi deserit hesperus ętam. Illinc eni oriri uel occidere putant sidera: unde uideri uel icipiũt: uel desinũt. t Ducebatque diẽ: quia lucis est pręuius. Opis: ferẽdi auxiliũ. u Cessi: decst igit. x Mõtẽ: ut oñdit i nono idam significat.

O dulcis coniunx: non hæc sine[u] numine diuum
Eueniunt: nec[x] te hinc comitẽ asportare creusã[z]
Fas[y] haud ille sinit superi regnator olympi[a].
Longa tibi exilia: & uastũ maris æquor arãdũ[b].
Ad terrã hesperiam[c] uenies: ubi lydius[d] arua
Inter opima uirum leni[e] fluit agmine tybris.
Illic res lætæ: regnuque: & regia coniunx
Parta tibi: lachrymas[f] dilectæ pelle creusæ.
Non ego myrmidonũ sedes: dolopũue supbas
Aspiciam: aut graiis seruitum[g] matribus ibo
Dardanis[h]: & diuæ ueneris nurus[i]:
Sed me magna deum genitrix his[k] detinet oris.
Iamque[l] uale: & nati serua[m] communis amorẽ.
Hæc ubi dicta: dedit lachrymãtẽ & multa uolẽtẽ
Dicere: deseruit: tenuesque recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum.
Ter frustra comprensa manus[n] effugit imago
Par leuibus uentis: uolucrique simillima[o] sõno.
Sic[p] demum socios cõsumpta nocte reuiso.
Atque hic ingentem comitum affluxisse nouorũ
Inuenio admirans numerum: matresq3: uirosq3
Collectam exilio[q] pubem: miserabile[r] uulgus.
Vndique conuenere animis opibusque parati
In quascũque uelim pelago deducere terras:
Iamque iugis summæ surgebat lucifer[s] idæ:
Ducebatq3[t] diem: danaique obsessa tenebant
Limina portarũ: nec spes opis ulla dabatur.
Cessi[u]: & sublato montem[x] genitore petiui.

Q uæ tertio Aeneidos libro cõtineantur.

Ost eũsa phrygũ regna fuga cepta moueri
Vtq3 sit ĩ thracẽ p̃mo deuectus: ibique
Mœnia condiderit polydori cæde piata
Regis & hospitiũ: ut phœbi responsa canebant
Cœptũ iter ĩ cretẽ: rursus noua fata repta
Naufrag⁹ ut fuerit strophadas cõpuls⁹ ad undas
Inde fugã atque iterũ enarra præcepta celeno.
Liquerit utque helenũ præceptis ordine fatis.
Supplicẽ achemẽidẽ polyphemo urgẽte recepit
Amissũq3 patrẽ drepani: atq3 hic deinde gemit.

Ostquā res asię priamique euertere gētē. Scdm interrogationē Didonis post insidias gręcorū & casus suorū pprios errores exequitur quos ptulit antequā ad africā peruenirect ordine ut supra dixim⁹ cōmu tato. Nā rectū opis initiū est: Fracti bello fatisque repulsi. Fuga aūt eius hoc est: relinquēs Iliū idā te nuit. Inde Antādrū ciuitatē iuxta quā factis nauigiis tenuit Thraciā in qua Aeneū oppidū constituit: ut multi putāt. Mox pdigiis territus: Delū tenuit. Illic accepto augurio errore patris pręteruect⁹ cycladas uenit ad cretā: ubi quū pestilentia laboraret: a diis penatib⁹ monitus ad Strophadas delatus ē insulas. Inde

P. Virgilii Maronis Aeneidos Liber Tertius

Ostq̄[a] res[c] asiæ: priamiq̄[d] euertere gētē[e]
Immerita uisū[f] supis: ceciditq̄ supbū[g]
Iliū: & ōis humo[h] fumat neptunia troia:
Diuersa[i] exilia: & desertas quærere terras
Augurijs[k] agimur diuūm, classemque sub[l] ipsa
Antandro: & phrygiæ[m] molimur[n] montibus idæ
Incerti quo fata ferant: ubi[o] sistere detur.
Contrahimusq̄[p] uiros: uix[q] pma[r] icœperat æstas:
Et pater[s] anchises dare fatis uela iubebat
Littora cū patriæ lachrymās: portusq̄ relinquo:
Et campos ubi troia fuit: feror exul[t] in altum
Cum[u] sociis natoq̄: penatibus: & magnis diis.
Terra[x] procul uastis[y] colitur mauortia campis:

longe repetiit & ad ascanium retulit: & licet excusetur: tamē solęcophones ē. Interpres diuū hermes expressit uerbū de uerbo. Ab ipso. i. magno ut supra. Ipse deū tibi me claro demittit olympo. p Vtrūque caput: meū & tuū: aut Iouis: aut Mercurii: aut meū & ascanii. q Celeres mandata p auras: sic supra Celeris defer mea dicta per auras. r Manifesto in lumine: aut claro aut i nymbo cu ius maius ē lumē: ut Luc. Postquā se lumine uero. s His aurib⁹ hausi pleonasmos: ē hausi autē accepi. t Sequor: ut Italiā sequimur fugientē. u Iādudū ab initio orationis. x Auersa irata: ut Diua solo fixos oculos auersa tenebat. y Luminibus tacitis: ipsa tacita: ut tacitūq; obsedit limē amatę p ipsa tacita. sequit aūt inuectio q̄ semp statu caret. z Nec tibi diua parēs: nō ē sola in ęneā uituperatio: sed etiā i se obiurgatio: quia dixerat Credo equidem nec uana fides gen⁹ eē deorum: unde nūc dicit generis nec dardan⁹ auctor. a Perfide sic supra Dissimulare etiā sperasti pfide tātum Posse nefas: more amātum eum increpat. b Caucasus: mons scythię inhospitalis. c Hyrcanę tigres: arabicę. Nā hyrcania silua ē arabię. & notandum relictis mediis comparationibus augmenta fecisse. uā post deos: non hoīes: sed saxa intulit. d Nā quid dissimulo: tacite quęstiōi occurrit: ne quis nimiā ei⁹ iracūdiā reprehenderet dicens ęneam posse mitigari forsitan precibus. e Miseratus amantem: miseratus accusatiuum regit: ut hoc loco: misereor genitiuum: ut Miserere animi non digna ferentis. f Quę quibus anteferam amphibologia est quid prius: quid posteri⁹ dicam. g Nec maxima Iuno: aut in Iunonem maledictum est ut eam non esse maximā dicat: sicut etiam in iouem: nam conuicium est q eum saturnium dicat hoc est nocentē aut certe iūgitur: ut Nec Iuno aspicit nec Iuppiter. h Nusquā tuta fides hoc est nec apud rem nec apud hominē. Terentius. Quid credas: aut cui credas: aut declamauit per contrarium nam omnis fides tuta est: hic aūt tuta nusquam. i Eiectū naufragum legimus eni Huc paucis nostris adnauimus oris & est separādū. k Littore egētē. i. egentē littoris: ut Hospicio prohibemur arenę. Et regni demēs in parte locaui: ut ac domitum ęneam in regna recepit. Quod Hiarbas queritur. l Amissam classem: subaudi renouaui. m Heu furiis icēsa feror: quia multa erat in deos locuta: & bona pręmittitur excusatio. Nam numina non credere curare mortalia: & ab his non sperare auxilium furoris est: Subiungit enim: Si quid pia numina possunt. n Nunc lycię sortes: nunc & ioue missus ab ipso. Irrisio honesta satis: cum his uerbis fit quibus laus pręcessit: ut nobis idem Alchimedon duo pocula fecit. Necdum illis labra admonui: sed condita seruo. Scimus autem Aeneam superius hęc uerba dixisse. o Quietos sollicitat: Cicero in libris de deorum natura: triplicem de diis dicit esse opinionem: Deos non esse cuius rei aus

ctor apud Athenas exustus est:esse & nihil curare:ut stoici:secundum quos paulopost. Si quid pia numina possunt Nam modo secũdum Epicureos ait. Ea cura quietos. p I sequere italiam uẽtis. Satis artificiosa ꝓhibitio:quę fit per concessioné. Quę tamen ni non intellecta sit psuasio pmiscéda sunt aliqua quę ueteret latérerut. Ventis per undas Sic Teren: Profundat:pdat:pereat:nil ad me attinet. q Refello:redarguo. r Mediis scopulis:aut manifestis:ut. Me diisq; ex hoste recepti. Aut illa saxa dicit:q̃ sũt inter africã & sardiniã siciliãq; s Hausurũ lusturũ daturũ. Dido po test & uocatiuus esse & accusatiuus. t Sequar atris ignibus. Alii furiarũ facibus dicit: hoc est inuocatas tibi imitatam diras. Alii fociorũ ut paulopost. Ferte citi flãmas Melius tamẽ est ut scdm Vrbanũ accipiamus atris ignibus rogalibus;qui nisi tẽpestatẽ significantur ęneę. Sicut in qnto legimus. Cõtigit ergo núc quod factura est dicit.i.occidã me:& rogalib⁹ te psequar flãmis. Absens quasi mortua:rogalib⁹ aũt mali ominis:quod atris dixit legim⁹:& in Horatio. Nigrorũq; memor dũ licet ignitũ. Anima seduxerit artus: hypallage pro animã artubus duxerit. x Omibus umbra locis adero:dabis improbe pęnas. Dicũt physici biothanatorũ aias nõ recepi originẽ suam nisi uagãtes legitimũ tẽpus fati cõpleuerit:quod poete ad sepulturã trãsferũt:ut. Centum errãt annos. Hęc ergo nũc dicit Dido occisura me ante diem sum:uagãti mihi dabis pęnas:nã te psequar semp. Si autẽ fuero recepta in origine:pęnas tuas audiã:quas uidere non potero. Hic ergo est totus sensus. Si uisis rogalibus flãmis euaseris tẽpestatẽ:umbra mea tibi psequet: sin & hãc euaseris:uel recepta audiã famã suppliciorũ tuorũ z Mediũ sermoné:ꝓpter hoc quod sequit. Multa metu cunctãtem & multa parãtem Dicere. Suscepiũt famulę:eam.subaudi. a Tum uero teucri:regis pręsentia. Sicut in nono. Tũ uero incũbũt:urget pręsentia turni. b Frõdẽtesq; ferũt:nõ q erãt sed qui esse poterãt:ut. Quos ego sum totiẽs iam dedignata maritos. c Euge studio:celeris profectõis:ut. Ille uolans simul arua fuga simul ęquora uertit. d Cernas. honesta figura.si rem tertię psonę in secũdam referat. e Formicę ad studiũ respicit cõparatio hoc loco. Et notãdũ cautelã exprimi per hanc cõparationẽ. Hora. Paruula nam exẽplum est magni formica laboris. Iuuena. Formica tandem quidam expauere magistra. Sane formica dicta est ab eo q̃ ferat micas. f Farris:nomen est solum:quod r geminat in genitiuo. Monodicon ergo est sicut sol. Item cor cordis solum in dis mittit genitiuũ. Item s geminat as assis:& hęc carẽt exẽplis. g Cum populãt antique dixit. Naq; hoc uerbum apud ueteres actiuũ fuit; nunc est deponẽs. h Hiemis memores. Hora. Quę simul inuersum cõtristat aquarius annũ. Non usquã ꝓrepit. i It

Sollicitat:neq; te teneo:neq; dicta refello^q:
I^p sequere italiam uentis:pete regna per undas.
Spero equidẽ mediis^r (si qd pia numia possunt)
Supplicia ausurũ^s scopulis:& nomine dido
Sæpe uocaturũ:sequar^t atris ignibus absens:
Et cum frigida mors anima^u seduxerit artus:
Oibus^x umbra locis adero. dabis iprobe pœnas:
Audiã:& hæc manes uẽiet mihi phama sub imos.
His medium^z dictis sermonẽ abrũpit:& auras
Aegra fugit:seque ex oculis auertit:& aufert
Linquens multa metu cũctantẽ:& multa parãtẽ
Dicere:suscipiũt^y famulæ:collapsaq; mẽbra
Marmoreo referũt thalamo:stratisq; reponũt.
At pius æneas(quanq̃ lenire dolentem
Solando cupit:& dictis auertere curas
Multa gemẽs:magnoq; animũ labefact⁹ amore;)
Iussa tamẽ diuũ exeqtur:classemq; reuisit.
Tum^a uero teucri incũbunt.& littore celsas
Deducunt toto naues:natat uncta carina:
Frondẽtesq;^b ferunt remos:& robora siluis
Infabricata fugæ^c studio.
Migrantes cernas^d: totaq; ex urbe ruentes:
Ac ueluti ingentem formicæ^e farris^f aceruũ
Cum^g populãt:hyemis^h mẽores:tectoq; reponũt
It^i nigrũ campis agmen:prædãq; per herbas
Cõuectãt calle^k angusto:pars grandia^l trudunt
Obnixæ frumenta humeris:pars agmina cogũt:
Castigãtq; moras^m:opere oĩs semita feruet.
Quis tibi tunc dido cernenti talia sensus:
Quot ue dabas gemitus?cũ littora feruere^n late
Prospiceres arce^o ex sũma:totũq; uideres

nigrum campis agmen. Hemistichium Ennii de elephantis dictum: quo antea Actius est usus de Indis. k Calle angusto. Callus est semita tenuior callo pedum pecorum prędurata. Semita est semis uia: unde & semita dicta est. Via est actus dimidius: qua potest ire uehiculum: Nam actus duo capit: propter euntium & uenientium uehiculorum occursum. l Grandia trudunt: quę portare non possunt. m Moras: tardas morantes. n Feruere late. Infinitus hic est a tertia coniugatione.id est feruo feruis. Nam secundę cõiugationis uerba perdito e quod habent ante o in tertia migrant; ut ferueo feruo: fulgeo fulgo. Hinc est: Feruere leucatem auroque effulgere fluctus. Sic Horatius. Vade uale caue ne titubes mãdataque frangas. Nam caue ue longa est; nec uocalis sequitur: ut in Bucolico Virgilius. Vale uale inquit Iola. Sed dicimus a tertia coniugatione esse imperatiui; ut Cauo cauis. Hinc etiam Catullus cauere dixit. o Arce ex summa.

Regū enim fuit habitare in arcibus ꝓpter tutelā. Deniqꝫ romę Valerius Publicola: quū in ęsqliis domū haberet altissimā: iudię cā eā diruit: & in plano ędificauit. Itē Augustus post Actiacū bellū palatiū ex suo pręcepto ędificatū quū cēt dom⁹ priuata: donauit reipu. p Tātis clamorū. s. Improbe amor. exclamatio poetę cōtra amorē. Et hoc ē Hora. dicit. Hoc amet hoc spernat ꝓmissi carminis auctor. Quanq̄ de ordine artificiali & naturali ab Hora. in arte poetica dictū sit. Tale ē & illud in tertio. Auri sacra fames. i. cupiditas: ut á illic amoris ē increpatio: qui scdm phylosophos oīuꝫ generalis ē rerū. Hinc ē qd apud inferos Eriphyla inter amātes cōmemorat: quę monile cōcupierat. q Ire iterū in lachrymas. Hinc ē amoris iprobitas: quę lachrymis cogit rogare dudū supbā. Est āt speciosa elocutio ꝑgit i lachrymas. r Pre. precādo cātādo in hoc mō naturaliter breuis ē. Sic Terātianus. Vitę dubi⁹ uarios renouādo dolores. Plerūqꝫ tn̄ a Virg. ꝓducit: ut. Cātādo tu illū. Itē. Cātādo rūpitē anguis. s Sūmittere amori. ac si diceret nō ęnecę. Aut certe ęneā amorē uocauit. t Ne qd inex. fru. rogabat nō spe impetrādi: sed ne eēt qd sibi posset imputari: si nō rogasset: quāuis frustra rogaret: & frustra ex iudicio poetę dictum est. Sic Salu. Falso querit de natura sua gen⁹ hūanū: aut supra. Hoc amet: hoc spuat ꝓmissi carmis auctor. u Propari litto cir. circū littus: nā postposita prępositio & accentū mutauit: & suas ꝑdidit uires. ꝓperari āt impsonale ē. x Et lęti nautę. i. mime timētes. y Sperare dolorē: ꝓ timere. & ē acyrologia. Nā spamus bona: timemus aduersa. Hoc aūt dicit: Si scire abiturū ęneā: nō tātū diligerē: si nō dilexissēm minus dolorē. Si potui autē. si potuissem: & sic ē dictū: ut. oia pręcipitat quę aio mihi ante pegi. ac si diceret nihil mihi nouū cōtingeret. z Mihi: ꝓ me exequere. a Te colore colebat. Infinit⁹ ꝓ iudicatiuo b Mollis adi. faciles: ut. Et quę mollissima fandi tēpora. c Hostē sup. postq̄ apte deuegauit se Carthagini eē māsurū. d Aulide iura. Aulis insula est uel portus: in qua cōiurauerūt greci se nō ante reuersuros: q̄ troia capēt. & ē sensus illud spectās: Scio me danais e classibus unū: Aulide aūt: aut in aulide: aut pro aulidi. e Ad pgama: in pgama. i. cōtra pgama. f Anchisę cine. ma. ue reuel. qđ dicitur ex oraculo fecisse. Diomedes: & secū ei⁹ ossa portasse: quę postea reddidit: quū multa aduersa pferret. Hinc est. Salucte recepti ue qꝫ cineres. Sciendū: sane Varroē dicere Diomedē eruta Anchisę ossa filio rddidisse. Catonē aūt affirmare q̄ Anchises ad Italiā uenit: tāta est & inter ipsos uarietas: & historiarum confusio. g Reuelli: non reulsi: nam uelli & reuelli dicimus. Vulsus nemo & reuulsus usurpatum est tantum in participiis contra naturam. h Quo ruit. inconsulte ꝓperat siue respectu salutis: nam hoc dicit: Quod peto: & ipsi ꝓdest: amoris: scilicet impatientia. i Ferentes. bene flantes propitios. k Quod prodidit: decepit. & bene. Nam ad diruptionem coniugii imutata uoluntas sufficit. l Pulchro ut latio careat: quod illi pulchrum uidetur: & sic est etiam illud. O tantum libeat mecum tibi sordida iura. id est quę tibi sic uidentur. m Tempus inane peto: sine officio coeundi: nam sine beneficio non procedit: quum spacium petat & requiem. n Dum mea me uictam: mea fortuna. id est aduersa. ut. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. ex eo statu in quo est fortuna dixit: doceat autem dolere illud est: quia non habet in aduersis patientiam: nisi qui dolere consueuit. Hoc ergo petit: ut ei pręstetur tempus per quod discat aduersa perferre. o Oro ueniam: beneficium: ut. Orantes ueniam. p Miserere sororis: geminū tantum regit. q Quam mihi quum dederis cumulatam morte reliuquam. Sensus est quod beneficium quum mihi cumulatum dederis: sola morte derelinquā. Et hic intellectus est melior. Quam mihi quum dederis cumulatam: Quam lectionem. Tucca & Varus probant.

Miseri ante oculos tātis clamoribus[p] æquor?
Improbe amor qd non mortalia pectora cogis?[q]
Ire[q] iterꝫ in lachrymas: iterꝫ tentare precando[r]
Cogitur: & supplex animos sūmittere[s] amori:
Ne[t] quid inexptū frustra moritura relinquat.
Anna uides toto ꝓperari[u] littore circum-
Vndiqꝫ cōuenere: uocat iam carbasus auras:
Puppibus & læti[x] nautæ imposuere coronas.
Hunc ego si potui tantum sperare[y] dolorem:
Et pferre soror potero: miseræ hoc tamen unum
Exequere anna mihi[z]: solam nam pfidus ille
Te[a] colere: arcanos etiā tibi credere sensus.
Sola uiri molles[b] aditus: & tempora noras.
I soror: atqꝫ hostem[c] supplex affare supbum:
Non ego cū danais troianā excidere gentem
Aulide[d] iuraui: classem ue ad[e] pgama misi:
Nec patris anchisæ[f] cineres: manes ue reuelli[g]:
Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?
Quo[h] ruit? extremū hoc miseræ det mun⁹ amāti.
Expectet facilēqꝫ fugam: uētosque ferentes[i]:
Non iam cōiugiū antiquū quod ꝓdidit[k] oro:
Nec pulchro[l] ut latio careat: regnūqꝫ relinquat.
Tempus[m] inane peto: requiem spaciūqꝫ furori
Dum[n] mea me uictam doceat fortuna dolere:
Extrema hanc oro[o] ueniam: miserere[p] sororis.
Quā[q] mihi cū dederis cumulatā morte relinquā.
Talibus orabat: talesqꝫ miserrima fletus

Fertque refertq; soror: sed nullis ille mouetur
Fletibus: haud uoces ullas tractabilis audit.
Fata obstãt: placidasq; uiri deus obstruit aures.
Ac ueluti annosam ualido cum robore quercum
Alpini boreę: nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor: & altę
Consternunt terram concusso stipite frondes.
Ipsa hęret scopulis: & quãtum uertice ad auras
Aethereas: tantum radice in tartara tendit.
Haud secus assiduis hinc atq; hinc uocib⁹ heros
Tunditur: & magno persentit pectore curas.
Mens imota manet: lachrymę uoluuntur inanes.
Tum uero infelix fatis exterrita dido
Mortem orat: tędet cęli conuexa tueri.
Quo magis inceptum peragat: lucemq; relinquat:
Vidit thuricremis cum dona imponeret aris
Horrẽdum dictu: latices nigrescere sacros:
Fusaq; in obscęnum se uertere uina cruorem.
Hoc uisum nulli: non ipsi effata sorori.
Prętera fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui miro quod honore colebat
Velleribus niueis: & festa fronde reuinctum.
Hinc exaudiri uoces: & uerba uocantis
Visa uiri nox cum terras obscura teneret:
Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sępe queri: & longas in fletum ducere uoces.
Multaq; prętera uatum prędicta priorum
Terribili monitu horrificant: agit ipse furentem
Insomnis ferus ęneas: semperq; relinqui
Sola sibi: semper longam incomitata uidetur
Ire uiam: & tyrios deserta quęrere terra.
Eumenidum ueluti demẽs uidet agmina pẽtheus:
Et solem geminum: & duplices se ostẽdere thebas:
Aut agamemnonius scęnis agitatus orestes
Armatam facibus matrẽ: & serpentibus atris
Cum fugit: ultricesq; sedent in limine dirę.
Ergo ubi concepit furias euicta dolore
Decreuitq; mori: tempus secũ ipsa modumq;
Exigit: & mœstam dictis aggressa sororem
Consiliũ uultu tegit: ac spem fronte serenat.

Nam male quidã legũt: Quã mihi cum dederit. id est ęneas: cumulata morte relinquã. Et uolũt intelligi acceptum ab eo beneficiũ: morte cumulabo: & sic relinquã: ut amãtes dicere cõsueuerũt: ut. Aeris specula de montis in undas Deferat. Extremũ hoc mun⁹ morientis habeto. Nam si eã odio hẽt ęneas restat ut eius morte lętetur: sed nõ procedit. Nemo ei; dicit ueniã cumulatã: sed cumulatã. r. Fertq; refertq;. nõ ab ęnea: qui nil dicit: sed a Didone fert & refert. i. iterũ portat. s. Voces ullas tractabilis audit. Cur mitis nõ audit: quasi mirũ est: sed Fata obstãt: placidasq; uiri deus obstruit aures. t. De⁹ Iuppiter. sicut de & supra Dido ait saturnius. u. Alpini borę: flãtes de alpib⁹: quę gallorũ lingua alti mõtes uocantur. Nũc hinc nũc illinc: sicut ęneas: ab Anna & Didone. x. It stridor: ad dolorẽ ęneę ptinet: de quo ait. Magno psentit pectore curas. Alte. iugiter diu. y. Cõsternũt. implent: ut. Strata iacent passim sua quęq; sub arbore poma. z. Frondes. sicut lachrymę ęneę. a. Hęret scopulis: ut ille in cõsilio pseuerat. b. Tãtũ radice in tartara: sc̃dm physicos: qui dicũt parẽ esse altitudinẽ radicũ & arborum. c. Lachrymę inanes: qa imota mẽs manet. d. Tũ uero. i. post desperatõe;. e. Exterrita: prę pietata turbata. f. Mortẽ orat: p desiderat: ut. Mortẽ q; miserrim⁹ opto. Vt certe ideo orat: qa cõsecrata fuit: nec mori poterat: nisi soluta consecratiõe. g. Cęli cõuexa: incuruia cęli. h. Thuricremis: cremãtib⁹ tura. i. Hoc uisũ. hoc qd̃ uiderat nulli dixit. qd est nulli⁹: ne sorori cui qde fuerat de amore confessa. k. Cõiugis antiq. aut prioris: aut cari. l. Miro qd̃ ho. col. mire exhibẽdo ea q̃ circa uiuos solẽt fieri. Moris ei; fuerat ut nubẽtes puellę simul uenissent ad limẽ mariti: postes anteq̃ ingrederent ornarẽt laneis uittis. Vnde ait. Velleríb⁹ niueis: & oleo ũgerẽt: & inde uxores dictę sũt; q̃si unxores. m. Festa frõde. diuina tanq̃ numẽ coleret. Sãe hoc loco latẽter: quã supra dixim⁹: tãgit historiã. nã si amabat ęneã utiq; nõ coleret extinctũ maritũ. n. Visa uiri. Nõ ei; erat uisa: ut supra. Nox cu terras. uerisimilitudo. o. Sola bubo. sola cõtra genus posuit. Luca. Et lętę iniãtur aues bubone sinistro. Itẽ Oui. Infãdus bubo. & hoc ẽ in usu. Sed Virg. Mutauit referẽs ad auẽ. Plerũq; eni; gen⁹ relicta specialitate a generalitate sumim⁹: ut si dicas bõa turdus referẽdo ad auẽ. Itẽ si dicamus pria est a. i. littera: qui a sit neutri generis. p. Ferali car. Bñ hoc addidit. Nõ ei; omni mõ malũ est bubõis omẽ: sed quũ canit tãtũmodo. Cãt⁹ ei; ei⁹ fletũ imitat̃: aut gemitũ: tacẽs o\~ndit felicitatẽ. Oẽs ei; aues oscines bonę: prępetes malę sũt: uel cõtra oscines malę: prępetes bonę sũt. q. Priorũ. & priorũ legit̃: sed illud spectat. Heu uatũ ignarę mẽtes qd uota furẽtẽ. r. Hor. horrorẽ incutiũt. s. Insõ. i. uigilis. Et declinat̃ insõnia insõnię. t. Sẽpq; re. p oẽs noctes nauigare uidebat̃ ęneas: q̃si eã sp desereret. u. Inco. qd̃ ferale. i. mortiferõ oẽ est: & pręcipue regi. x. Agmina pentheus: aut impetus. Aut sc̃dm Vrbanũ agmina serpentiũ. Pentheus aut sc̃dm Tragędiam Pacuuii furuit etiam ipse. y. Scęnis egitatus. famosus: celebrat⁹ tragędiis: & agitat⁹ qa furuit. Et multę de eo scriptę sunt tragędię: quasi freq̃nter actus. z. Armatã matrẽ: cãm ipsam furoris ostẽdit. a. Sedent in limine dirę a

a Pacuuio Orestes inducit Pyladis admóitu ꝓpter uitādas furias ingressus Apollinis téplú: & quú inde uellet exi re iuadebat a furiis. Hinc ergo est. Sedet in limine dirę. b Viā:ratione. c Gratare sorori.i.gratulare:suscipe gau diú pro sorore. Sic ei; dicim⁹. Grator tibi honore. d Eum:ęneā:quē in noui uoluit dicere. e Oceani fine iuxta.fi né Oceani nullus noui:sed intrú:qd ipsú pót finis uideri aliúde supto principio. f Aethiopú. Aethiopę duę sút. Vna circa ortú solis. Altera circa occasú in mauritania:quā núc dicit:& núc & dicta est ęthiopia a colore populorú: quos solis uicinitas torret. g Atlas.nullú nomé gręcú i ns termiat. h Torquet:sustinet. i Stellis aptú.satis pec te loq̄t: ná aptú cóiúctú dicit απο του απετεσ τα nó insignitú stellis. Axis ei; nó hét stellas qui est medi⁹ iter septétrióes úde eos nó occidere axis uicinitas facit:nó q̄ i axe sút. k Hinc mihi mas sylę gentis móstrata sacerdos: móstrata prędicta:q̄ est oriúdo massyla: a qua nó lógo sunt horti hespi dú. l Sacerdos,núc uēit de locis:q̄ sút circa Atlan tem:ná aliter nó ꝓcedit. Massyla ei; mediterranea est ciuitas berbicę lybię. Vñ haud lóge horti hespi dú sunt. Atlas uero maxim⁹ in mauritania est. m Hespidú tépli custos:[Hespides Atlātis filię nym phę scd̃m fabulā hortú habuerút:in quo érat mala aurea Veneri cósecrata: q̄ Hercules missus ab Eu ristheo rege Argiuorú occiso puigili dracone sub stulit. Re uera aút nobiles fuerút puellę:quarú gre ges abegit Hercules occiso eorú custode. Vñ ma la fingit sustulisse:hoc est oues. Mala aút.i. μηλα & poma & oues significat. Vnde μηλονομοσ ouiú pastor dicit. n Sopor pa. incógrue uidet po situ:ut. Sopori fera spés puigili det draconi. Sed di cim⁹ uariā uim prebere uictú diuersis aialib⁹: nā; salices hoib⁹ amarę sút dulces capellis:ut Et salices carpens amaras.s.hoib⁹ Itē cicutę scd̃m Lucre. ho mib⁹ sút uenenosę: quū pingues reddat capellas. Ergo & papauer hic; homib⁹ det sonú:draconi adi mit forsan:& ē excusatio. Pót tñ melior ee sensus si seruabat in arbore ramos plenú sit Sequētia ue ro sic accipiam⁹. hec se ꝓmittit carminib⁹ curas sol uere. Spargēs húida mella soporiferúq; papauer.i. miscēs:ut Cicc. Et spgere uenena didicerút. nec in cógrue ad amaritudiné amoris mel adhibet: & ad obliuióe; papauer. n Sistere aquā fluuiis:& uer tere sidera retro. ē tomagis poterit ęnea ab icepto retorqre. o Mugire ui. uidebit q̄s:ut. Migrantes cernas. p Testor ca.de. q̄a quú multa sacri Roma ni susciperét:magica sp dānarút. q Accigier prępa rari.accingiet at ut ad infinitú addat:& ratio effi cit metri: nā quú in eo ultia lóga sit:addita er sylla ba breuis fit:ut audiri audirier r Tu secreta:sine arbitris. & est bona elocutio te; loci uel téporis ad personam trásferre: ut nocturnus uenit:secret⁹ fe cit. s Pyram.sub specie sacrificii pręparat mortis exequias. t Et arma,gladiú dicit abusiue:nam & paulopost. En semq; relictú Proprie enim arma sunt:quę armos tegút. u Impius:qui gladiú reliquit furenti. Hoc aút tractú est de Homero:qui dicit gladiú Aiaci datum ab Hectore:& Hectori ab Aiace balteú:quę eis exitio fuerút. Nam alter tractus est balteo:alter se donato telo interemit: x Exuuias:uestes ęnee:quę hosté dixerat supra:ut I soror:atq; ho stem supplex affare supbum. Item. Dulces exuuię. y Quo perii:ꝓpter extinctum pudorem. Pręterere:abscondere preuertere. z Tantos furores: quantos cogitabat Dido. Grauiora timet quam molte Sichei: aut quam detrahi mus: Et stat elocutio. Aut subaudimus: Grauiora timet posse contingere quam morte Sichei. At regina Pyra. Notatus est hic uersus. Vitiosa est enim elocutio: quę habet exitus similes: sit licet casuum dissimilitudo. c Intenditque locum sertis:ligna:ut. Stupea uincula collo. Intendunt: & est hypallage. Intendit serta per locum. d Funerea cupressu Nam & supradicta ligna ad funus pertinent: ut. Procumbunt piceę sonat icta securib⁹ ilex.

Inuenit germana uiam[b]: gratare[c] sorori:
Quæ mihi reddat eum[d] uel eo me soluat amātē;
Oceani[e] finem iuxta solēq; cadentem
Vltimus æthiopū[f] locus est: ubi maxim⁹ atlas[g]
Axem humero torquet[h] stellis[i] ardētibus aptum.
Hinc[k] mihi massylæ gentis mōnstrata sacerdos[l]
Hesperidū[m] tēpli custos: epulasq; draconi
Quæ dabat: & sacros seruabat in arbore ramos:
Spargēs humida mella: soporiferūque[n] papauer:
Hæc se carminibus ꝓmittit soluere mentes
Quas uelit: ast aliis duras immittere curas:
Sistere[n] aquam fluuiis: & uertere sidera retro:
Nocturnosq; ciet manes: mugire[o] uidebis
Sub pedibus terrā: & descendere mōtibus ornos
Testor[p] cara deos & te germana tuūque
Dulce caput: magicas inuitā accingier[q] artes.
Tu[r] secretā pyram[s] tecto interiore sub auras
Erige: & arma[t] uiri thalamo quæ fixa reliquit
Impius[v]: exuuiasque[x] omnes: lectūq; iugalem
Quo[y] perii: sup imponas: abolere nefandi
Cūcta uiri monumēta iubet: mōstratq; sacerdos.
Hæc effata silet: pallor simul occupat ora.
Non tamē anna nouis prætexere[z] funera sacris
Germanā credit: nec tantos[a] mente furores
Concipit: aut grauiora timet quā morte sichei:
Ergo iussa parat.
At[b] regina pyra penetrali in sede sub auras
Erecta ingenti thædis atq; ilice secta
Intenditq;[c] locum sertis: & fronde coronat
Funerea[d]: super exuuias: ensemq; relictum

e Effigieq; to. lo. exprimit amatis affect⁹: q etiā in morte amici imagini uolebat esse coniūcta: ut paulopost Natūq; patrēq; cū genere extinxē: & meme sup ipsa dedissem. f Haud ignara fu. memor suę dispositiōis. g Tercētū to. ore de. nō tercētū deos: sed tonat tercētū numia Hecates. Vñ hecate dicta ē hecaton. i. cētū hīs potestates. Tonat aut pro re dixit. In aliquib⁹ ei; sacris imitabātur tonitrua. h Herebū inferorū ꝓfūditatē. i Tria uir. ora dia. iteratio ē Lunę Dianę Proserpinę. k Simulatos fon. auer. in sacris: ut supra dixim⁹: quę exhiberi nō poterāt simulabātur: & erāt pro ueris. Benę aūt de auerno: per quē descēsus ad inferos dicit. l Falcibus & mes. ad lu. quę ahe. herbę ei; pro

Effigiēque[e] toro locat haud[f] ignara futuri.
Stant aræ circum & crines effusa sacerdos
Tercētum[g] tonat ore deos: herebūque[h] chaosque:
Ter geminā q; hecatē: tria[i] uirginis ora dianæ:
Sparserat & latices simulatos[k] fontis auerni:
Falcibus[l] & messæ ad lunā quærūtur ahenis
Pubentes[m] herbæ nigri[n] cum lacte ueneni:
Quæritur & nascētis equi de fronte reuulsus
Et matri[o] præreptus amor:
Ipsa[p] mola manibusq; piis altaria iuxta
Vnum[q] exuta pedē uinclis in[r] ueste recincta
Testatur moritura deos: & conscia[s] fati
Sidera: tum si quod[t] nō æquo fœdere amantes
Curæ numen habet iustūq; memorq; precatur.
Nox[u] erat: & placidū carpebant fessa saporem
Corpora per terras: siluæque[x]: & sæua quierant
Aequora[y]: cum medio uoluūtur sidera lapsu:
Cum[z] tacet omis ager: pecudes pictæq; uolucres:
Quæq; lacus late liquidos quæq; aspera dūis
Rura tenent: somno positæ sub nocte silenti:
Lenibant curas: & corda oblita labore.
At non infelix animi phœnissa: nec unquam
Soluitur in somnos: oculis[a] ue aut pectore noctē
Accipit: ingeminant curæ: rursusq; resurgens[b]
Sæuit amor: magnoq; irarū fluctuat æstu:
Sic adeo insistit: secūq; ita corde uolutat:
En quid ago? rursus[c] ne procos irrisa priores
Experiar? numadūque[d] petam cōnubia supplex?
Quos ego sum totiens iam dedignata maritos[e]?
Iliacas igitur classes: atq; ultima[f] teucrum
Iussa sequar? quia ne[g] auxilio iuuat ante leuatos?
Et bene apud memores ueteris stat[h] gratia facti.
Quis me aūt fac uelle sinet: ratibusq; superbis
Inuisam accipiet? nescis heu perdita: nec dum
Laomedonteæ sentis periuria gentis.

lunę ratiōe tollūtur: nec oēs eodē modo. Vñ & perite ahenis falcib⁹ dixit: quia alię uellūtur: alię incidūtur: & ad lunā: nō ad noctē: sed ad lunę obseruationē. m Pubētes. quia alię siccę: alię uiridiores legūtur. Et sciēdū inter hoīes & herbas esse reciprocas trāslatiōes. Sic ei; pubētē herbā dicimus: quēadmodū florē ętatis. n Nigri cū lacte ueneni. nigri: aut noxii: quia nigri sunt hoīes post uenenū. Aut certe illud est: quia sunt herbę nigri lactis. i. succi. Dicūtautē per periphrasim agrestre papauer significari. o Et matri pre. amor scdm Pli. qui dicit in naturali historia pullos equinos habere in frōte quādā carnē: quā eis statī natis admit mater: quā; si qs forte prępripuerit pullū odit: & lac ei denegat. Tu. Cui totā tremuli frōte cęsonia pulli Infudit. & merito suspicati sunt amorē creari ex carne: sine qua mater nō alit ex se creatū. p Ipsa mola. farre & sale. Ordo aūt est ipsa Dido mola. Et piis maib⁹. i. puris deos testat. q Vnū exu. pe qa id agit ut ista soluat: & implicet ęneas. r In ueste. quia ut supra dixim⁹: in sacris nil solet esse preligatū: pręcipue eius q amore uult solui. s Cōscia fati sidera. i. planetas: qbus fatorū ratio cōtinet. t Si qd nō ęquo fę. amā. Ordo est. tum numē precat si qd curę hēt amātes nō ęquo fędere. Si qd aūt bene dubitat utrū sup res male positas hēat potestates. Sēsus aūt hic est. aut αντερωτα inuocabat cōtrariū Cupidini: qui amores resoluit. aut certe cui curę ē iniquus amor. s. ut iplicet nō amātē. Iustūq; memorq;. ut expugnet q est cā discordię. u Nox erat. protēditur ista descriptio ad exaggregationē uigiliarum Didonis. x Silueque. secundū eos qui dicunt: Omnia quę crescunt animalia esse. y Aequora. Elementa etiam animalia esse uoluerunt. Vnde est in septimo. Aequora mulcebant cantu. z Cum tacet omnis ager. ea quę in agris sunt. a Oculisue aut pectore noctē. quia potest aliud esse sine alio: ut. Siquis dormiens mente turbetur. b Resurgens sęuit amor Grauior est enim qui resurgit: sententia quasi generalis. Adeo. scilicet furit ut in hoc ꝓposito permaneret uitandę sine dubio lucis. c En quid ago. en ecce. & quasi demōstrantis particula: per quā intelligim⁹ eā multa cogitasse & sic ꝓrupisse Ecce qd actura sū. Est āt comicū pricipiū: nec incōgrue amatrici datū. Sic Terē. Quid igit faciā. nā hęc cōiūctio multa eā cogitasse significat. c Rursus. duo significat: freqnter iterū raro uicissi; i rursus

duo. i. denuo: ut hoc loco. d Numa. pe. iuidia a pſōis: petā mulier & regia numadas. i. uagos. e Maritos. futuros. f. Est aūt elocutio: dedignor illā rē: & illa re. f Vlti. iuss aut itelligim⁹ ęneā ei obtulisse nauigādi facultatē: aut teucrū iussa nō q ipsi iusserāt; s; ea q a ioue iussa sūt ut nauiget: hęc sūma ē. g Quia ne. re uera & ē una ps orōis. h Stat: pmāet

i Nautas non troianos: Nam iniuriose dixit: Assuetos laboribus. k Ouantes: lętātes: abusiue. Nam ꝓprie ouatio est minor triūpho. Qui enim ouationē meretur: & uno equo utitur: & a plebeiis: uel equitib⁹ Romāis deducitur ad capitoliū & de ouibus sacrificat: ūde & ouatio. Qui aūt triūphat albis ęquis utitur quattuor: & senatu pręeūte in capitolio de tauris sacrificat. l Vix urbe reuelli. aut mox. idē paulo ante: ut. Vix e cōspectu siculę telluris in altū. Vela dabāt lęti: aut re uera uix: ut dixim⁹ supra: nā nulla ratōe dimitterēt patriā: nisi eos ad odiū crudele Pygmalōis coegisset. Aut timor: ut. Cōueniūt qb⁹ aut odiū crudele tyrāni Aut metus acer erat. m Quin morere. ꝗnimo: & bn̄ oīs eius intētio tendit ad mortē. Nā si procos rogare turpe est. solā seq impossibile: & inhonestū tyrios trahere difficile: sola mors supest. n Tu lachrymis euicta meis. Bn̄ totū ei imputat: sed cū excusatiōe: q̄ ęneę nuptias suasit: sed uicta lachrymis: ut Sinū lachrymis impleuit obortis. Anna refert. o Tu pri. fu. Vrbanus hoc diuidit: licet alii iūgūt: & uult hūc eē sensū. Tu psuasisti ut nuberē uicta lachrymis meis: tu ēt nūc me his oneras malis: nam me olim occidissem nisi te deserere formidarē. p Obiicis hos. ob naturaliter breuis ē: sicut & re: & ad: sed plerūq; ꝓducitur hac rōe: obiicio: adiicio: reiicio. i. hīt uocalē sequētē: q̄ p declinatōe; pōt in consonātis formā trāsire: ut obiecit: reiecit: ergo ēt anteq̄ trāseat interdū fungit officio cōsonātis: & pręcedētē longā facit. q More fe. Pli. in naturali historia dicit: Lyncas post amissos coniuges aliis nō cōiūgi. Multi fere aduerbiū uolūt: ut sit sensus. More scilic; quo iam ad uiduitatē fere cōsueuerat: r Sine cri. Crimē aūt bn̄ ut supra. Potui succūbere culpę. s Sicheo: ꝓ sichęo: t Certus eūdi. indubitabiliter ꝓfecturus. u Carpe. som. hoc ē qd & paulopost culpat. Mer. sed excusat his rebus: nā & certus eundi fuerat & rite cūcta pręparauerat: aut certe ꝓuidentia ut possit uidere Mercuriū. x Forma dei. bn̄ nō deus: sed forma. Raro enim ueniūt numina sic ut possint uideri. Vn̄ & seq t: Vultu redeūtis eodē. nā licet redeūtis dicat. i. ei⁹ q possit agnosci: nō tn̄ faciē dicit: sed uultū: q pōt sępe mutari. y Eodē. o semp lōgu; est: qa eodē ablatiuus est semp eadē aūt & ꝓducit & corripit: nā & noīatiuus est ut eadē mulier facit & ablatiu⁹: ut eadā muliere faciete. z Visa mo. Bn̄ uisa. nō enim re uera est. a Oia mer. si. aliud ē idē eē: aliud simile eē: ergo nūc cert⁹ ē ęneas. Vocēq; qa oratōis ē de⁹. Hora. Mercuri facūde Colorēq; & crines flauos: iō & pusi⁹: & flauus Mercuri⁹ inducit: qa satis uicin⁹ est. Soli: pręter cęteras stellas. b Et mēbra de. iu. qa deus palestrę est. Hora. Catus & decorę more palestrę. c Iuuētę āt ętatis: a iuuēta. sane figura est similis mēbra: uocē colorē. d Zephyros: uetos. De aphrica ei; zephyrus nauigare n̄ poterat: e Nefas in pe. u er. ne nō timeret amatricē. bn̄ addit certa mori Itē Variū & mutabile sp Fęmia. f Pręceps. festinus. g Col. fa. pp Ferte citi flāmas. h Vmbris: sicut supra forma dei. Corripit omē futurę tēpestatis. i Pręcipites ut supra Mercuri⁹. Nō fugis hic pręceps. Ecce iterū stimulat: phātasia est ad sociorū terrorē. Sic in sexto Deus ecce deus k Sācte deo. aut distingue sancte: aut scd; Enniū dixit. Respōdit Iuno saturnia sancta deorū. l Quisqs es: atq supra dixit. Oia mercurio similis. Sed sciendū est scdm Tuli. in libro de deorū natura tres eē mercurios: supū: terrenū: & inferū. Ergo qsqs aut qcūq; de trib⁹: aut certe ad Iouē spectat. i. qsqs es q pręcipis:

Quid tum? sola fuga nautas[i] comitabor ouātes[k]?
An tyriis om̄iq; manu stipata meorum
Inferar? & quos sidonia uix[l] urbe reuelli:
Rursus agam pelago: & uentis dare uela iubebo:
Quin[m] morere ut merita es: ferroq; auerte dolorē
Tu[n] lachrymis euicta meis: tu[o] prima furentem
His germana malis oneras: atq; obiicis[p] hosti:
Non licuit thalami expertem sine[r] crimine uitam
Degere more[q] ferae: tales nec tangere curas:
Non seruata fides cineri promissa sicheo[s]:
Tantos illa suo rūpebat pectore questus.
Aeneas celsa in puppi iam certus[t] eundi
Carpebat[u] somnos: rebus iam rite paratis:
Huic se forma[x] dei uultu redeūtis eodem[y]
Obtulit in somnis: rursusq; ita uisa[z] monere est
Omnia[a] mercurio similis: uocemq; coloremq;
Et crines flauos: & mēbra[b] decora iuuentae[c]:
Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos:
Nec quae circūstent te deinde pericula cernis
Demens: nec zephyros[d] audis spirare secūdos:
Illa dolos: dirūq; nefas[e] in pectore uersat
Certa mori: uarioq; irarum fluctuat aestu:
Nō fugis hinc praeceps[f]: dū praecipitare potestas
Iam mare turbari trabibus: saeuasq; uidebis
Collucere[g] faces: iam feruere littora flāmis:
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia age: rūpe moras: uariū & mutabile semper
Foemina: sic fatus nocti se immiscuit atrae.
Tum uero aeneas subitis exteritus umbris[h]
Corripit e somno corpus: sociosq; fatigat:
Praecipites[i] uigilate uiri: & cōsidite transtris:
Soluite uela citi: deus aethere missus ab alto
Festinare fugam: tortosq; incidere funes
Ecce iterum stimulat: sequimur te sancte[k] deorum
Quisquis[l] es: imperioq; iterum[m] paremus ouantes:

atm nono. Quisq in arma uocas. cũ Irim uidisset. i. q̃cũq; Irim misisti: plane illud occurrit qđ ait. Deus ethere missus ab alto: ubi & Iouis cõplectit: & supuũ Mercuriũ. Sed põt & hoc loco quasi phãtasiã facere ꝑpter socios: & q̃sq̃s es ideo dicere: quia licet uiderit: non tñ re uera nouit esse Mercuriũ. Vñ ait supra. Et formã & uultũ uisa mouere. m Iterũ paremus: quia iam parauerat p̄parationẽ nauigiorũ. n Et sidera cęlo dextra feras. hoc est uẽtos: qui ex ortu syderũ aut prospi aut aduersi fiũt. Sicut in Geor. Pręterea tam sũt arcturi sydera nobis. Nec enim sydera dicit re uera: qũ arctur⁹ una sit stella: ergo dextra dixit sydera uẽtos: uel tẽpora. o Prima aurora. designatio tẽporis est: nõ diei descriptio. Vñ infert: ut. Primo albescere lucẽ uidit & sic in duodecimo. Quũ primũ crastina cęlo Puniceis inuecta rotis aurora rubebit. Et bene hanc primũ inducit uidisse crepusculũ: q̃ quasi amatrix tota uigilauerat nocte. Sic in Bucolico de amatore. Nascere pręq; diẽ ueniẽs age lucifer almũ. Nouo lumine: scđm Epicureos: qui stulte solem de atomis dicũt cõstare. & cũ die nasci & cum die perire. p Tithon cubile. Tithon⁹ frater Laomedõtis fuit Hũc aurora amatũ in cęlũ leuauit: quẽ lõgiuqtas uitę in cicadã cõuertit. Hora. Longa Tithonũ minuat senect⁹. q Albescere lucẽ. hypallage est. luce enim albescũt oĩa: nõ lux albescit. r Aequatis uelis: feliciter plenis. sine motu aliquo. s Proh iuppiter. aut irascẽtis exclamatio est: ut in Teren. Proh supreme iuppit. aut certe testat̃ Iouẽ: quẽ in ęnee inuocauit aduẽtu: ut. Iuppiter hospitibus nã te dare iura loquũtur. t Ibit & illuserit. ibi & illuder tẽpus ꝑ tẽpore: & sic dixit: ut. Certãq; illudere capto. u Non arma expediẽt: furentis hęc uerba sunt: ut ipsa paulopost. Quę mẽte; insania mutat, nam hęc a sana nõ ꝑcedũt: ut. Impet abscẽtib⁹ ferte tela: quũ sola sit. x Naualib⁹: de naualib⁹: ubi stãt naues. y Aut ubi sum: nunq̃d in cetu sum⁹. z Quũ sceptra dabas: ut. Ac dñm ęneã in sceptra recepit. a Fidesq;: subaudi en etiã in sequẽtibus Aut certe hic est: que; dicũt portare deos. Sane en noĩatiuo meli⁹ iungit: ut. En Priamus. b Ipsum ascaniũ. aut qui est causa nauigatiõis: ut. Quẽ regno hesperię fraudo. aut ad patris dolorẽ: ut. Qui nati corã me cernere letũ fecisti. c Epulandũ ponere. quod fecit Progne occiso Ite filio ꝑpter sororis stuprũ. d In castra: classes: ut. Nos castra mouemus. e Foros: tabulata nauiũ: ab eo q̃ incessus ferant. & est generis masculini nũeri tãtũ pluralis ut hi fori fororũ. Cũ genere extinxẽ. ꝑ extinxissẽ morte ęneę & ascanii: & ẽ syncope. f Sup ip. de satis amatorie. g Sol. iã utit imprecatiõib⁹ hoc ẽ deuotõib⁹ Vñ & deuotor & deuotrix: q iprecat̃ dicit: nõ aũt terrarũ flãmis: sed opa terrarũ. Bene ãt inuocat solem: ut supra per numen Liberi sacrificauit. h Tuque harũ interpres curarũ: aut quas patior: aut generaliter curarũ cõiugaliũ interpres hoc est media & conciliatrix Cice. Quique interpretes corrũpendi iudicii solent esse. i Conscia iuno: siluit rem turpem. Sic supra. Et ꝑnuba iuno.

Adsis o placidusq; iuues & [n] sydera cælo
Dextra feras: dixit: uaginaq; eripit ensem
Fulmineũ strictoq; ferit retinacula ferro:
Idem oẽs simul ardor habet: rapiũtq; ruũtq;
Littora deseruere: latet sub classibus æquor.
Annixi torquẽt spumas: & cærula uerrunt.
Et iam prima [o] nouo spargebat lumine terras
Tithoni [p] croceum linquens aurora cubile:
Regina e speculis ut primũ albescere [q] lucem
Vidit & æquatis [r] classem ꝑcedere uelis:
Littoraq; & uacuos sensit sine remige portus:
Terq; quaterq; manu pectus ꝑcussa decorũ
Flauẽtesq; abscissa comas: proh [s] iuppiter: ibit [t]
Hic ait: & nostris illuserit aduena regnis:
Non [u] arma expediẽt: totaq; ex urbe sequẽtur:
Diripiẽtq; rates: alii naualibus [x] ite:
Ferte citi flãmas: date tela: impellite remos.
Quid loquor: aut [y] ubi sũ: q̃ mẽtẽ insania mutat.
Infelix dido: nũc te fata impia tangunt.
Tũ decuit cũ [z] sceptra dabas: en dextra fidesq; [a]
Quẽ secum patrios aiunt portare penates:
Quẽ subiisse humeris confectũ ætate parentem
Non potui abreptũ diuellere corpus: & undis
Spargere: non socios: nõ ipsum [b] absumere ferro
Ascaniũ: patriisq; epulãdum [c] apponere mensis:
Verũ anceps pugnæ fuerat fortuna: fuisset:
Quẽ metui moritura: faces in [d] castra tulissem:
Implessemq; foros [e] flãmis: natũq; patrẽq;
Cũ genere extinxẽ: memet super [f] ipsa dedissem.
Sol [g] qui terrarũ flãmis opera oĩa lustras:
Tuq; [h] harũ interpres curarũ & conscia [i] iuno:
Nocturnisq; hecate triuiis ululata [k] per urbes:
Et diræ ultrices: & dii morientis elisæ
Accipite hæc: meritumq; malis auertite numen:

Nocturnis: non triuiis: sed per nocturnũ tempus. k Vlulata per urbes. Proserpinã raptam a Dite patre Ceres cum incensis faculis per orbem terrarũ requireret per triuia eam uel quadriuia uocabat clamorib⁹: unde ꝑmansit in eius sacris: ut in certis diebus per compita a matrõis exerceatur ululatus: sicut in Isidis sacris: ubi est imitatio inuẽti Osyridis: quem dilaniatum a Thiphone eius fratre uxor Isis per totum orbem requisisse narratur. Iuuenalis. Plangẽtis populi currit derisor anubis. Hecaten autẽ inuocat causa ultionis: Vnde & furias uocat. Sed usurpatiue modo diras

Et nostras audite preces: si tangere portus
Infandū caput: ac terris adnare necesse est:
Et si fata iouis poscūt: hic terminus hæret:
At bello audacis populi uexatus: & armis
Finibus extorris: cōplexu auulsus iuli
Auxiliū imploret: uideatq; indigna suoꝝ
Funera: nec cū se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante die: mediaq; inhūatus harena.
Hæc præcor: hāc uocē extremā cū sāguie fundo.
Tum uos o tyrii stirpē: & genus oīne futuꝝ
Exercete odiis: cineriq; hæc mittite nostro
Munera: nullus amor populis: nec fœdera sūto
Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor:
Qui face dardanios: ferroq; sequare colonos.
Nunc: olim quocūq; dabunt se tēpore uires:
Littora littoribus cōtraria: fluctibus undas
Imprecor: arma armis pugnent: ipsiq; nepotes:
Hæc ait: & partes animū uersabat in omnes
Inuisam querēs q̄primū abrūpere lucem.
Tum breuiter barcē nutricē affata sichei:
Nāq; suam patria antiqua cinis ater habebat:
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem:
Dic corpus pperet fluuiali spargere lympha:
Et pecudes secū: & mōstrata piacula ducat:
Sic ueniat: tuq; ipsa pia tege: tempora uitta:
Sacra ioui stygio: quæ rite incepta paraui

dixit. Nam diræ in cœlo: furiæ in terris: eumenides ad inferos: Vnde & tres esse dicūtur. Sed hæc noīa cōfundūt poetæ. Vltrix uero: hoc est Tisiphone: Nam græce τισισ ultio dicit. l Dis morientis elisæ: aut manes dicit. Vñ est. Vos o mihi manes esse boni: quū iam superis auersa uolūtas. Aut certe aneretticos dicit. i. Martē & Saturnū: qui interdicūt uitæ rationē. si radiis suis ortū geniturę pulsauerint. Hora. Te iouis impio tutela saturno refulgēs eripuit: uolucrisq; fati tardauit alas & bene tardauit: quia necessitas fati impediri potest: nō penit⁹ eludi. Sic Virg. Nec fata uetabāt. Stare deceq; alios priamū supesse per annos. Meritūq; malis auertite numē. quod mali merentur. l Audite preces: imprecatiões dicit: na nō sunt preces: ut paulopost Imprecor arma armis pugnent. m Adnare: ut in primo. Huc pauci uestris adnauim⁹ oris. id est per tempestatē uenimus. & bono colore futura prædicit n Fata iouis. participiū est: nō nomē. Terminus hæret: si hoc est imutabile. Audacis populi rutuloꝝ: sicut semp inducūtur audaces. o Finibus extorris: extra suas terras remotus. & significat quādo euādri & tarcūtis petiuit auxiliū. p Indigna suorū funera. Pallātis dicit & cęterorū. q Pacis iniquę: ut supra diximus: pp̄ter pditam linguā habitū nomē: quę solet uictor imponere: sicut postulat Iutto. r Sed cadat ante diem. Cato dicit: iuxta laurolauiniū: quū ęneę socii prędas ageret bellū cōmissum: in quo Latinus occisus est: fugit Turn⁹ Mezentii auxilio cōparato. uictus quidem est ab ęnea: qui tñ in ipso prelio non cōparuit. Ascanius postea Mezētium interemit. Alii dicūt q̄ uictor ęneas: quū sacrificaret sup numiciū fluuiū: lapsus est & ci⁹ nec cadauer inuētū est Vñ dicit. s Mediaq; inhūatus harena. postea dictus est inter diuos receptus: quē Iouē indigetē dixere. Ante diē: ante fati necessitatē. Et bene q̄d passura est optat ęneę: ut. Sed misera ante diem. t Cum sanguine fundo quasi imprecatiões ipsas suo cōsecraret cruore. u Tum uos o tyrii. nō sunt mādata: sed imprecatiões ut dissentiēt omibus rebus: sicut & factum est. Nam si mādata sunt: quo modo genus futuri. x Exercete odiis. i. fatigate. y Nec fędera sunto quia rupta sūt: tertio sūto aūt sint & sit pp̄ter metri: adita o tertię psonę numeri pluralis modi indicatiui: ut amāto. docēto legūto: audiūto: nutriūto. Vrban⁹ dicit uerbo eam iuris usam: pp̄ter odia hęreditaria. z Exoriare: exoriatur & ostēdit Annibalē. a Ex ossibus: scdm Anaxagorā: qui homęomerian dicit. i. oium mēbrorū similitudiné esse in rebus creādis: ergo sicut ex ossibus: sic ex sanguie & medullis: nam omia pro parte sui trāseūt in pcreationē. Lucre. Nunc ad Anaxagorę ueniamus homęomeriā. b Fluctibus undas imprecor. pp̄ter illud quod in fęderibus sancitum est: ut Corsica media esset inter Romanos & carthaginenses Pugnent ipsique nepotes. potest & ad ciuile bellum referri. c Tum breuiter. festinatione mortis simul necētit causam morarum: & ipsi & sorori. d Huc siste. huc adhuc: ut. Et gregem sistit ad aram hinc & sistatur dicimus id est adducatur Nam stare aliud est. Nec aliter possumus dicere: q̄ sta hic: & siste huc. Fallit enim plerūque uerbi similitudo: quia dicimus sto: & sisto: quum diuersa significent pro eodem. Spargere lympha: sacrificantes diis inferis aspergebantur: ut. Spargens rore leui & ramo felicis oliuę: superis abluebantur: ut Donec me flumine uiuo Abluero: Modo autem inferis sacrificabat: ut Sacra ioui stygio. e Piacula purgationes: aliās sunt sacrilegia. f Sic ueniat: ne premitteret. aut pręcederet. g Tege corona: ut & ipsam tardaret. Ioui stygio: hoc est Plutoni. Et sciendum stoycos dicere unum esse deum: cui nomina uariantur pro actibus & officiis: Vnde etiam duplicis sexus numina esse dicuntur: ut quum in actu sunt mares sint. Feminę quum patiendi habent naturam. Vnde est. Coniugis in gremium lęte descendit: ab actibus autem uocantur: ut Iuppiter iuuans pater. Mercurius: quod pręest mercibus. Liber a libertate. Sic ergo modo Iouem stygiū dicit inferis sacrificaturā: ut Iunoni infernę dict⁹ sacer hinc est Iouis oratio. Cęlicolę mea mēbra dei quos nostra potestas.

Officiis diuisa facit. h Quę rite incepta paraui. Ordo est. Incepta quę paraui anim⁹ est rite pficere. i Curis amoribus. k Dardaniiq; rogũ capitis: in quo eius imago fuerat. l Studio anili: aut pro ętatis possibilitate: aut pro industria: qua utitur anicula. m At trepida: festina: nam moritura nil timebat. n Cęptis effera: furiata. Scęnis cogitatiõibus. o Pallida morte fu. aut pallidior q̃ solent esse hoies post morté: aut pallida homie mortis futurę. p Furibũda: furenti similis. q Non hos quęsitũ munus in usus: quĩ ęneas non ad hũc usum reliquerat: ut supra diximus sedm Home. nerti ẽ munus in pntiẽ. Tale est in Buco. Hos illi, quod nõ bene uertat: mittimus hędos. r Et mente

Perficere est animus: finẽq; imponere curis[i]:
Dardaniiq;[k] rogũ capitis pmittere flãmæ:
Sic ait: illa gradũ studio[l] celerabat anili:
At[m] trepida & cœptis[n] imanibus effera dido
Sanguineã uoluẽs aciem: maculisq; trementes
Interfusa genas: & pallida[o] morte futura
Interiora domus irrũpit limina: & altos
Conscendit furibũda[p] rogos: ensemq; recludit
Dardaniũ: non[q] hos quæsitũ munus in usus:
Hic postq̃ iliacas uestes: notũq; cubile
Conspexit paulũ lachrymis &[r] mente morata
Incubuitq; toro: dixitq; nouissima uerba:
Dulces exuuiæ dum fata deusq; sinebant:
Accipite hanc animã: meq; his exoluite curis.
Vixi[s]: &[t] quẽ dederat cursum fortuna[u] pegi:
Et nunc magna mei sub[x] terras ibit imago.
Vrbem[y] præclarã statui: mea[z] mœnia uidi:
Vlta[a] uirũ pœnas inimico a fratre recepi.
Felix: heu nimiũ felix: si littora tantum
Nusquã dardaniæ tetigissent nostra carinæ:
Dixit: & os[b] impressa toro moriemur inultæ.
Sed moriamur ait sic[c] sic iuuat ire sub umbras
Hauriat[d] hunc oculis ignẽ crudelis ab alto
Dardanius: & nostræ secũ ferat omĩa mortis.
Dixerat: atq; illam media inter[e] talia ferro
Collapsam aspiciũt comites: ensemq; cruore
Spumantẽ: sparsasque[f] manus: it clamor ad alta:
Atria: cõcussã bacchatur phama per urbem:
Lamentis gemituq; & fœmineo[g] ululatu
Tecta fremũt: resonat magis plãgorib⁹ æther:

consilio. Deusq; sinebãt. Aut Iuppiter qui ęneam abscedere cõpulit: aut amor: aut necessitas fati. s Vixi. excusat uitę abruptionem. Quia dicit Plato magna pęna affici animas eorũ: q uitã ante tẽpus reliquũt. t Et quẽ dederat cursũ fortũa pegi: nõ naturã nec fatũ. Tribus ei hũana uita cõtinet natura cui ultra centũ & uiginti solstitiales annos cõcessum non est fato: cui nonaginta anni: hoc est tres saturni cursus exitiũ creant: nisi forte aliarũ stellarũ benignitas etiam tertiũ eius supet cursum. u Fortuna. i. casu: qui ad oia ptinet: quę extrinsecus sũt: ut ad ruinã: incẽdia: naufragia: uenena. Bene ergo dixit fortuna. Sic Cice. in philippicis. Multa mihi imminere uidebãtur: pręter naturã: pręterq; fatum. i. gladii Antonii ex casu. x Sub terras ibit imago. Bene imaginẽ dixit. Valde enim quęritur apud philosophos quid illud sit quod iferos petat. Nam tribus cõstamus: aia quę supna est & originem suã petit corpe: quod in terram deficit: umbra quã Lucre. sic diffinit. Supra spoliatus lumine aer. Ergo umbra si ex corpore creatur: sine dubio perit cũ eo: nec est q̃cq̃ reliquũ ex hoĩe quod inferos petat: sed deprehẽderũt eẽ quoddã simulachrũ: quod ad nostri corporis effigiẽ fictũ inferos petat. & est species corporea: quę non põt tangi: sicut uentus. Hinc in sexto. Corpora uiua nefas stygia uectare carina. Hanc aũt rem Homer. reqrit simulacro Herculis apud inferos uiso. Et sciendũ simulacra esse hęc etiã eorũ qui per apotheosin dii facti sũt Vñ ant uisi esse apud inferos: aut illuc descendisse dicũtur. Hora. De Libero. Te uidit insons cerber⁹ aureo curru decorũ. Sciendũ tamẽ abuti poetas: & cõfuse simulacrũ: uel umbrã dicere. y Vrbem pręclarã. nõ est contrariũ illi loco. Pendẽt opa interrupta. Nam licet paululũ aliqd supesset: q̃tum ad ipsã ptinet fecerat: ut. Vrbẽq; ue paratã. Item paulopost Vrbẽque tuã. Et reuera ciuitati quid superest factis muris tẽplo portu & theatro. z Mea męnia uidi: a me facta: & ptinet ad effectũ: ut. Quã nestrę fecere manus. a Vlta uirũ: puniẽdo eius interfectionẽ. Nam ideo addidit. Pęnas inimico a fratre recepi: & re uera nulla auaro maior ẽ pęna q̃ amittere pecuniã: pp quã cõmiserat scel⁹. bñ aũt recepi q̃si debitas: ergo hoc dicit istud & illud felix nimirũ fuisse si tãtũ ęneas carthaginẽ nõ uẽisset. Alii hęc q̃si p integratõẽ accipi uolũt: ut nil dicat eẽ pfectũ. Nũqd urbẽ statui: nũqd ultra sũ uirũ: nũqd a fratre pęnas recepi: felix tñ fuisse si uel hoc tãtũ cõtingeret ut carthaginẽ nõ uẽiret ęneas. & hãc uarietatẽ gignit hic sermo tãtũ: nã utrũq; admittit: tñ melior ẽ sensus superior: quẽ nõnulli sic exponũt: pp pẽdẽt opa interrupta: ut sit ordo. Vrbẽ pręclarã: & mea męnia uidi statui: hoc ẽ cũ statuerẽt. b Os impres. to. applicito ore ad lectulũ: aut q̃si amatrix: ut. Stratisq; relictis Incubat: aut q̃si pitura isensibili rei dat sensũ: & sic ad lectulũ loq̃: ut ad astã. Turn⁹ te turni nũc dextra gerit & Mezẽti⁹ ad equũ. Rhębe diu res si qua diu mortalib⁹ ulla ẽ. Vixim⁹. c Sic sic q̃si interrogatio ẽ & rñsio: & placet sic inultã mori placet. & hoc loco intelligim⁹ eã se pcussisse. Vñ alii dicũt eẽ uerba furẽtis. d Hauriat hũc. o. i. aut uideat oia tẽpestatis futurę: aut certe satisfaciat suę crudelitati. e Inter ta. p talia: ut. Nũc inter fluuio thybęrin⁹ amęno. f Sparsasq; ma: aut pfusas sãguie

i Cęlo facies delapsa parētis. Aut sc̄dm quod supra diximus: quia ante cęlū tenēt: simulacra uero apud inferos sunt. Aut ad errorē ptinet sōnii. Nā & uisa ait. Aut certe a Ioue missa potestatē aliquā: quę se in Anchisę couerteret uultum. Nam & ipse dicit. Impio Iouis huc uenio. Et infert. Elysiūq colo. k Care magis. p carior. Bn̄ aūt addidit. Dū uita mācbat. Nulla cnī est uita post mortē. l Impio Iouis. ab auctoritate: ut. Ipse deū tibi me claro demittit olympo Regnator. m Nautes dat se. ut solet isdē usus est sermōibus. Nā ait. Tūc senior nautes. n Atq aspera cul. quod in uoto altius exeqtur. Natos ad flumina primū Deferimus. o Debellāda tibi. bene uictoriā: nō bella sola prędicit: in quibus esse poterat terror. p Auerna alta: ut gargarus gargara: & tartarus tartara. q Nō me ipia. nāq pter facilitatē. r Amęna. loca sūt solius uoluptatis plena: q̄si amunia: ūde nullus fruct⁹ exoluit: unde nil prę̄stātes imunes uocam⁹. s Piorū cōcilia elysiūq collo. Elysiū est ubi piorū aīę habitāt post corpis aīęq discretiōe. Vn̄ & interitus dicit res inter aīam & corpus uēiens: ergo elysium. ἀποτησιλυσεως. Quod sc̄dm poetas in medio inferorū est suis felicitatib⁹ plenū: ut. Solēque suū sua sydera norūt. Sc̄dm philosophos elysiū est īsulę fortunatę: quas ait Salu. īclytas esse Home. carminib⁹: quarū descriptionē Pius cōmētator dicit eē sublatā sc̄dm theologos circa lunarē circulū: ubi aer purior ē. Vn̄ ait ipse Virgi. Aeris in cāpis. Itē Lucan. Non illuc auro positi: nec thure sepulti Peruēnūt. t Tū ge. oē tu: & q̄ den. mę. dis. Hę sūt causę pp quas eneas descendit ad inferos: generis agnitio: & ciuitatis nomē: qđ ei nullus unq̄ prędixerat: sed solus īdicat pater. Latet ei ut supra diximus uerū urbis nomē. Vn̄ ei pater quasi p mysterio & affectiōe ait. Illa īclyta Roma. u Torquet medios nox humida cursus. Et me sęuus equis oriens afflauit anhelis. Dies est plenus qui habet horas uigintiquattuor: nam & nox pars diei est. Dicimus autē diem a parte meliore. Vn̄ & usus est ut sine cōmemoratiōe noctis numerū dicamus dierū Hic autem dies sc̄dm ęgyptios inchoat ab occasu solis. Sc̄dm Persas ab ortu solis. Sc̄dm ętruscos & Atheniēses a sexta hora diei. Secundū Romanos a media nocte. Et hos nūc secutus ait. Medios cursus nox humida torquet. Et me sęuus equis oriēs afflauit anhelis. Hęc autē pleniu exequitur & Cicero in auguralib⁹: & Aulus Gelius in libris noctium Atticarum. Hoc etiam illa res iuris iudicat Quod quū tribunū plebis abnoctare ab urbe non liceret: licebat tamē exire post noctem mediam: & ante mediam reuerti. x Sęuus oriens. Sol cuius lux est umbris inimica. Vnde Lucanus. Et medio ferit axe diem. Est autem phisicum: Nam pereunt umbrę solis aduentu. y Aeneas quo deinde ruis: Ordo est. Aeneas: deinde quo ruis. z Quem: quasi ignorans rationem qua fugeret. a Farre pio. Vel quia exinde sacrificabāt uel quia mos fuit apud maiores: ut diuinū ignē farre seruarent: quia si durasset in alterum diem eum aptum agendis rebus significant. Cauę. aut antiquę: aut propter ignis fauillas. b Primū. principē. c Haud mora: hoc est quod ait. Et cōiuge uolentē. d Nec iussa. uolūtatē: ut supra. Infandū regina iubes renouare dolorē. Aut certe quę Iuppiter iusserat. e Trāscribūt urbi ma. Romāi more uerbū ē. Trāscripti ei in colonias deducebant. f Vrbi: ad urbē. g Deponūt. q̄si de nauib⁹. Aios nil magnę laudis ē. Aut eneas depōit eos q nulla glorię cupiditate tāgūtur. Aut hi q erāt trāscripti. i. matres: & uolētiū multitudo depouūt aīos. i. sūm ttūt ing̃tię. h Robora ua. meli⁹ sic distiguit. i Exigui nu. s. but uirtus trāsit ad rem a uītro.

Interea æneas urbem[h] designat aratro:
Sortiturq; domos: hoc ilium: & hæc loca troiæ
Esse iubet: gaudet regno[l] troianus acestes
Indicitq; [m] forum: & [n] patribus dat iura uocatis.
Tunc uicina astris erycino in uertice sedes
Fūdatur ueneri idaliæ[o]: tumuloq; sacerdos
Ac lucus late sacer additur anchisæ.
Iamq; dies epulata nouem gens omis: & aris
Factus honos: placidi strauerūt æquora uenti.
Creber & aspirās: rursus uocat auster in altum:
Exoritur ꝓcurua ingens per littora fletus.
Cōplexiq; inter se noctēq; diēq; morātur.
Ipsæ iam matres: ipsi quibus aspera quondam
Visa[p] maris facies: & non tolerabile numen
Ire uolunt: omnēq; fugæ[q] ꝑferre laborem.
Quos bonus æneas dictis solatur amicis:
Et cōsanguineo lachrymās cōmendat acestæ
Tres eryci[r] uitulos: & tempestatibus agnam
Cedere deinde iubet: soluiq;[s] ex ordine funes.
Ipse caput tonsæ[t] foliis euinctus oliuæ
Stās ꝓcul prora paterā tenet: extaq; salsos
Porricit in fluctus: ac uina liquentia fundit.
Prosequitur surgens a puppi uentus euntes.
Certatim socii feriunt mare: & æquora uerrunt.
At uenus interea neptunū exercita curis
Alloquitur: talesq; effundit pectore questus.
Iunonis grauis ira: nec exaturabile pectus
Cogunt me neptune preces[u] descēdere in omēs:
Q am[x] nec longa dies: pietas[y] nec mitigat ulla:
Nec iouis imperio: fatis ue infracta[z] quiescit:
Non media[a] de gente phrygū exedisse[b] nefandis
Vrbem odiis satis est: pœnā traxisse per omnē
Relliquias troiæ cineres: atq; ossa peremptæ
Insequitur causas[c] tanti sciat illa furoris.
Ipse mihi nuper libycis tu testis in undis
Quam[d] mollem subito excierit: maria oīa cælo
Miscuit æoliis ne quicq̄[e] freta procellis
In[f] regnis hoc ausa tuis.
Proh scelus ecce etiā troianis matribus actis[g]
Exussit fœde puppes: & classe subegit
Amissa socios ignotæ[h] linquere terræ

h Vrbē designat aratro. Quē Cato in originibus dicit morē fuisse. Cōditores enim ciuitatū: taurum dextram uaccā intrinsecus iniūgebāt. & incincti ritu sabino: id est togę parte caput uelati, parte succinti tenebāt stiuā incuruā: ut glebę omēs intrinsecus cauderēt. Et ita sulco ducto loca murorū designabāt: & aratrū suspēdentes circa loca portarū. Vñ territoriū dictū est quasi terribouriū: tritum bobus & aratro. l Regno troianus acestes. Suo nomine enim fuerat ciuitas appellata. m Indicitq; forum: id est tempus & locum designat agendorū negociorū: qui conuētus uocatur. Indicit autem uerbū iuris est: & per hoc potentē uult significare ciuitatem. n Et patribus dat. Iura enim dat condēdi iuris potestatē his quos appellauerat patres: aut certe uocatis patribus iura distribuit. Hi autē ut Salustius dicit: uel ętate: uel curę similitudine patres appellati sunt. Senatores autē ut alii a senecta ętate: alii a sinendo dictos accipiunt. Ipsi enim agendi facultatē dabant per senatuscōsultū. o Idalię. Cyprię sacerdos. Alii ad tumulū: alii uerso ordine ad templum referunt: ut lucus tantū tumulo detur Anchisę: ut. Inducite fontibus umbras. Pastores nemora enim aptabant sepulchris. p Visa maris facies. ut mene salis placidi uultum. Vult aūt istos aspectū quoq; maris horrere. q Fugę. ꝓfectiōis r Eryci & tēpestatibus bene iunxit. Procellę enim aut de flumib⁹: aut de mōtibus: q̄si nepe ... dicūtur. s Soluiq; ex ordine funes. Ordo est. Iubet cedere ex ordine. id est rite pagi sacrificiū & sic solui funem: Sic in se primo. Phrygiāque & ordine matrē Inuocat. id est rite. t Tonsę oliuę. cōptę minutis foliis. Procul in ꝓra. id est in parte extrema. Effudit pectore. hoc est cum dolore ut. Funditq; preces rex pectore ab imo. u Preces descēdere in omēs. Si quid inuidię est in hūllimis precibus imputādum est Iunoni. Nam omēs dicendo etiam humiles significat. Vnde ait etiam descēdere: x Quā nec lōga dies. i. tēpus. De quo licet melius fęminino genere dicam⁹: tñ etiā masculino dicim⁹. Nā de certo die masc. tātū utēdū est. y Pietas nec ut. aut troianorū: qui pii sūt: aut certe pp illud Iunoni argiuę iussos adolem⁹ honores. q̄si q̄ nec sacrificiis placaret. z Infracta. ualde fracta: ut. Turn⁹ ut infractos aduerso marte latinos. a Media de gen. i. toti⁹ gētis potētē. b Exedisse. muliebriter dictū: nā inde est qd̄ seq̄t. Cineres atq; ossa pēptę. Sane edo h₃ & rectā & atiquā declinatōē₃ ut edo edis edit. & anormalā: ut edo es est. quarum scḋa & ẗtia psōe lōge sūt pp dīā, sū₃ es est. edit aūt in pręterito ꝓducit e: ut legit. c Cau. tan. sci. il. fu. bñ supprēit. Cōtra ipsā enī₃ sūt q̄ Iuno exeq̄t in. x. ut. Me duce dardani⁹ spētā expugnauit adulter. d Quā molē. ut: Tātas audetis tollere moles. e Ne quicq̄. aut sine causa. i. nulla exstāte ratione. Aut ne quicq̄. quantū ad er⁹ ptinet mētē. Vnā enim nauē ex oib⁹ uertit: f In reg. hoc cā tu. ut. Nō illi impiū pelagi sęuūq; tridētē. g Actis. furore cōpulsis: ut. Reginā a lecto stimulis agit ūdiq; bacchi. h Ignotę. ignobili: ut. Nā sępe fauos ignotus adedit stellio. Et dixit ignotā italię cōpatōe. Nam

Q uod supest: oro liceat dare tuta per undas
Vela[i] tibi: liceat laurẽtem attingere tybrim
Si[k] concessa peto; si dant ea mœnia parcæ.
Tũc saturnius hæc domitor maris addidit alti;
Fas[l] om͞e est cytherea meis[m] te fidere regnis.
Vnde genus ducis: merui[n] quoq;: sæpe furores
Cõpressi: & rabiem[p] tãtam cæliq; marisq;:
Nec minor in terris[q]; xanthũ simeontaq; testor
Aenea mihi cura tui: cum troia achilles
Exanimata sequeris impingeret agmina muris
Milia multa daret leto: gemerẽtq; repleti
Amnes: nec repire uiam: atq; euoluere posset
In[r] mare se xanthus: pelidæ tunc ego forti
Congressũ æneam: nec[s] diis, nec uiribus æquis
Nube caua eripui cuperem[t] cum uetere ab imo
Structa meis manibus piuræ mœnia troiæ
Nunc quoq; mens eadẽ mihi p stat pelle timores
Tutus quos optas portus[u] accedet auerni.
Vnus erit tantũ amissum[x] quẽ gurgite quæres
Vnum[y] pro multis dabitur caput.
His ubi læta[a] deæ pmulsit pectora dictis
Iungit equos curru genitor: spumãtiaq;[b] addit
Frena feris[c]; manibusq; om͞es effundit habenas
Cæruleo per sũma leuis uolat æquor curru.
Subsidũt undæ: tumidũq; sub axe tonanti
Sternit æquor aquis: fugiũt uasto æthere nimbi
Tunc uariæ[d] comitũ facies immania[e] cete:
Et[f] senior glauci chorus inousq;[g] palæmon
Tritonesq; citi: phorciq;[h] exercitus omnis
Leua[i] tenẽt thetis: & milite panopæaq; uirgo;
Nisæe[k] spioq;: thaliaque cymodoceq;.
Hic patris æneæ suspẽsam blanda uicissim[l]
Gaudia ptentant[m] mentem: iubet ocius omnes
Attolli[n] malos: intendi brachia uelis
Vna omnes fecere[o] pedẽ; pariterq; sinistros[p]
Nunc dextros soluere sinus: una ardua torquẽt
Cornua[q] detorquẽrq;: ferũt sua[r] flamina classem:

ignota nõ erat ad quã bis troiani uenerãt. i Vela tibi. i. p regnũ tuũ. k Si con. pe. si q de. Nã si modo cõfirmatis ẽ: agit aũt a possibili. l Fas omne. est fas te ẽ hoc possibile est. m Meis regnis fide re. nã fido datiuũ tãtũ regit. n Vñ ge. du. ut diximus supra: q a feliciter est nauigaturus æneas. uenerẽ dicit e mari pcreatã. Et ut fert fabula: Cælus pater fuit Saturni: cui cũ iratus filius falce uirilia ãputasset lapsa i mare sũt: d quorũ cruore & maris spũa nata dr. Venus. Vñ & ἀφροδίτη ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ. Sed hoc hẽt rõ. Oẽs uires usu uenereo debilitãt: qui sine corpis danno nõ gerit. Vñ fingit irata Venus p dãnũ de mari aũt iõ: q a dicũt phisici sudorẽ salsũ esse quẽ sp elicit coitus. Vñ & myrtus ei cõsecrata est: q̃ littoribus gaudet: ut. Littora myrtetis lętissima. Ideo aũt diximus: Cælus pater: ut deũ significaremus. Nullus eĩ deus generis neutri est: nã cęlũ generis neutri elemẽtũ significat. o Merui quo. ẽt pręstiti: ut. Nec te regina negabo Promeritã. Alii dicũt militaui: ut. Aere merẽt paruo. p Rabiem tan. cęli. mar. ut in primo legimus. q In ter. etia in terris: nã augmẽtũ est. r In ma. se xan. omia hęc Home. sũt. s Nec diis nec uiri. ęqs. hoc est aduersis. Liptotes figura. aut nõ ęqnis. i. nõ ęquali fauore. Plures eĩ gręcis faucbãt. de matribus aũt intelligere nõ possumus: q a Thetide melior Venus ẽ: & ei pìti derogare nollet. t Cupem eũ uer. ab imo. q d ppriũ eius ẽ: ut. Magnoq; emota tridẽti. Fũdamẽta quatit hinc. ut supra diximus ἐνοσιχθων dictus ẽ: & fecit augmẽtum: quũ se pręstitisse dixit iratũ. u Portus acce. Hic distinguẽdũ ne sit cõtrariũ Veneris petitiõi: q̃ ait. Liceat laurẽtẽ attigere tybrim. x Amis. quẽ gur que. Misenũ dicit. de quo legimus. Inter saxa uirũ spũosa imerserat ũda. y Vnũ pro mul. da. ca. Palinurũ significat: nã falsũ erit si unũ uoluerimus accipe. duos eĩ cõstat pisse. Misenũ & Palinurũ. a Lęta pmul. aut pmulsit & lętã fecit: ut. Animũq; labẽtẽ impulit aut certe ppetuũ ẽ epitheton ueneris. b Spumãtia. frena spumas uomẽtia. c Feris. equis: ut. Inq; feri curuã cõpagibus aluũ cõtorsit. d Vari. e co. fa. Aut beluas dicit marinas scdm naturas. Aut poeticę deos marinos. e Immania cete. gręca declinatio τὸ κῆτος κήτη ut βέλος βέλη: nã latine sic declinari non põt: Nullũ eĩ apud nos aĩal generis neutri ẽ: nisi forte hic cetus huius ceti dicamus: q d nusq̃ lectũ ẽ: nã dicũt canes marini. f Et sen. glau. cho. Glaucus piscator fuit. qui quũ captos pisces sup herbã abiecisset: & eos recepisse uidisset: quã amiserãt uitã: intellecta herbarũ potẽtia: esu earũ in deũ mutatus ẽ: cuius hic chorũ iõ senẽ dixit: q a & ipse senex fuerat. Aut certe seniorẽ dicit pp spũarũ colorẽ: sicut pene oẽs dii fingũt marini. g Inousq; palę. Melicerta Inois filius. Et notãdũ patronymicõ a matre in auctori idoneo. h Phorciq; ex. oĩs. dii q sub phorco agũt: Hic ãt phorcus dicit Thoosę niphę & Neptuni filius. Vt ãt Var. dicit rex fuit corsicę: & sardinię: q cũ atlãte rege nauali certamie cũ magna exercitus pte fuisset uictus & obrutus: finxerũt socii eius cũ in deũ marinũ esse cõuersũ. i Leua te. the. satis prudẽter sexũ debiliorẽ sinistrę applicat pti. k Nisęe. media diphthõgus ẽ. l Vicissi. q a reliq̃rat q dẽ socios: sꝫ feliciter petebat italiã. m Pertẽtãt. solicitãt. n Attolli ma. i. uela p malorũ uolubilitatẽ leuari: nã cũ nauigarẽt iã nõ dubiũ q olim erexerãt arbores. o Fecere pe. podiã. i. fune quo tẽdit uelũ. p Sinistros nũc de. p aure mutabilitate. q Cor. antẽnarũ extremitatẽ. r Sua

Princeps[s] ante oẽs dẽsum palinurus agebat
Agmẽ ad hũc alii cursum contendere iussi.
Iamq; fere mediam[t] cæli nox humida metam
Contingerat: placida laxabãt mẽbra quiete
Sub[u] remis fusi per dura sedilia nautæ.
Cum leuis[x] ætthereis delapsus sõnus ab astris
Aera dimouit tenebrosum: & dispulit[y] umbras.
Te[z] palinure petens: tibi tristia somnia[a] portans
Insonti: puppiq; deus consedit in alta
Phorbanti similis: funditq; hat ore loquelas
Iaside[b] palinure ferũt ipsa æquora classem:
Aequatę[c] spirant auræ: datur hora quieti:
Pone[d] caput: fessosq; oculos furare labori[e]:
Ipse ego paulisp[f] pro te tua munera inibo:
Cui uix[g] attollens palinutus lumina fatur.
Me ne salis placidi uultum[h] fluctusq; quietos
Ignorare iubes[i]: me[k] ne huic confidere monstro:
Aeneam[l] credã quid enim fallacibus austris:
Et cæli totiens deceptus fraude[m] sereni.
Talia dicta dabat: clauũq; affixus: & hærens
Nusq̃ amittebat: oculosq; sub astra tenebat.
Ecce deus ramũ lethæo rore madentem
Vique[n] soporatũ stygia super utraq;[o] quassat
Tempora cũctatiq;[p] natantia[q] lumina soluit:
Vix primos inopiã quies laxauerat artus
Et super incõbens: cum[r] puppis parte reuulsa
Cũque gubernaclo liquidas ꝓiecit in undas
Præcipitẽ ac socios ne quicq̃ sæpe uocantem
Ipse uolans tenues se sustulit ales in auras.
Currit[s] iter tutum non secius æquore classis
Promissisq; patris neptuni interrita fertur
Iamq; adeo scopulos sirenum[t] aduecta subibat
Difficiles quondã multorũq; ossibus albos.
Tunc[u] rauca assiduo longe sale saxa sonabãt:
Cum[x] pater amisso fluitãtem errare magistro
Sensit: & ipse ratem nocturnis[y] rexit in undis
Multa[z] gemens: casuq;[a] animũ concussus amici.
O nimiũ cælo & pelago[b] confise sereno
Nudus[c] & ignota[d] palinure iacebis harena:

sta. ꝓspa a puppi ueiẽtia. s Princeps an oẽs. unũ uocat. t Mediã cę. nc. pirc locut⁹ ẽ: na; mediũ cęlũ meta ẽ ανεφβιβεζοντοσ. i. ascẽdẽtis circuliq; medi⁹ ẽ inter ortũ & occasũ: q meridian⁹ circulus appellaẗ. A medio ei; cęlo & fini ẽ ort⁹: & occasus incipit siderũ. Alter est horizõtis: q segregat aspectũ hui⁹ celi ab alio inuisibili nobis. u Sub re fu. du. se. nau. i. regerãt paululũ sic remos tenẽtes. x Leuis uel aduẽtu: uel discessu: nã lenis in utroq; ẽ y Dispulit umb. nã sp deos ambit nimbus. z Te pali. pe. factiose aggrediẽs: appetẽs. Et sciẽdum in mai⁹ celebrari Palinuri mortẽ more poetico que; dormiẽte; cecidisse in ũdas satis cõstat. a Sõnia, soporẽ. Bñ autẽ ista discernit Vir. ut sõnũ ipsũ deũ dicat. sõniũ qđ dormim⁹. insõniũ qđ in sõnis uidem⁹ ut. Falsa apđ cęlũ mittũt insõnia manes. b Iaside. fili Iasi. Ipsa ęquor. class. i. ęstu & aura nostra utimur. c Acquatę spi. au. ꝓspe: ut. Aequatis classem ꝓcedere uelis. d Pone cap. Bñ ꝑticulatim ad id uẽit: qđ a pte dictũ refutare ẽ. e Labori: ex inuẽdis siderib⁹. f Paulisp: paululũ dũ ꝗescis. g Vix at. lu. aut siderib⁹ remouẽs. aut certe numinis ꝑñtia pręgrauat⁹: qđ est meli⁹. nã & seq̃ns ei⁹ oratio turbata est: qđ & semiplenę indicãt elocutões. h Vultũ: mutabilitatẽ ꝓ qualitate uẽtorũ. i Iubes. u is: ut. Infandũ regina iubes renouare dolorẽ k Me ne huic cõfi. mõ. subaudi uis. l Aeneã cre. qd ei: p cõtrariũ cur ęneã cõmittã cęlo & astris fallacib⁹: q sũ totiẽs serenitatis fraude decept⁹. Quid ei; qd ni. cur nõ. m Fraude se. serenitatis: ut. Et serenatissim⁹ ęq. n Viq; so. sty. morte plenũ. o Vtraq; tpa p utrũq; tẽp⁹. p Cũctãti: q̃si teluctãti. q Natãtia: errãtia sõni uicinate. r Cũ pup. pte. ꝓcęconomia: ut triduo natari potuerit. s Currit iter. ut Cice. ꝓ Murena. Ite uiã: redite uiã. Tutũ pręsidio neptuni. t Sirenũ. Sirenes scđm fabulã: Tres in pte uirgines fuerũt: in parte uolucres. Acheoli fluminis & Caliopes musę filię: harũ una uoce: altera tibiis: alia lyra canebat: & pro iuxta pelorũ. post in capteis insula hitauerũt: q illectos suo cãtu in naufragia deducebãt. Scđ; ueritatẽ meretrices fuerũt: q̃ trãseũtes: quoniã ducebãt ad ęgestatẽ his fictę sũt iferre naufragia: has Vlyxes contẽnẽdo deduxit ad mortẽ. Sirenũ ãt genitiu⁹ ẽ uẽtẽs ab hac sirene. u Tũ rau. & sic diceret añ hac delectabili uoce resonabãt. Tũc fluctib⁹ solis. & bñ imitat⁹ ẽ maris stridorẽ. Sale saxa sonabãt. x Cũ pa. amis. flui. er. ma. naturale ei; ẽ ut fluctuet nauis sine gubernatore. y Nocturnis rex. iu un. dat ei hoc: & in. x. ut. Ipse sedẽs clauũq; regit uelisq; ministrat. z Multa ge. nomẽ ꝓ aduerbio: ꝓ multũ. a Casuq; amici. ꝓpter ruinã allusit ad nomẽ. b Pelago confise. hoc est quod supra Palinurus excutat. c Nudus. insepultus mortuus: ut. Freta destituent nudos in littore pisces. d Ignota. peregrina: non ante uisa. Nam in sexto dicturus est Paulatim adnabam terrę: iamq; arma tenebã. Sciendũ sane Tuccam & Varrum hũc finem quinti esse uoluisse. Nam a Virgi duo uersus seq̃ntes huic iuncti fuerũt: Vnde in nõnullis antiquis codicibus sexti initiũ est. Obruerũt pelago proras: tum dente tenaci.

Ic fatur lachrymans: classi. Totus quidē Virg. scientia plenus est: in qua hic liber possidet principatū: cuius ex Homero pars maior sumpta est. Et dicūtur aliqua simpliciter multa de historia: multa per altam sciētiam philosophorū ęgyptiorū: adeo ut pleriq; de his singulis huius libri integras scripserūt pragmatias. Sane sciendū licet primos duos uersus Probus & alii in quīti reliquerint fine: prudēter ad initiū sexti esse trāslatos. Nam & coniūctio poematis melior est. Et Home. etiā sic inchoauit ωσ φατο δακρυχεων. b Classiq; immittit habenas, nauibus: aut sup̄ naui: quę classis dicitur: uel quę fiat de fustibus. Calas enim dicebāt maiores nostri fustes: quos portabāt serui sequētes dn̄s ad prępliū. Vn̄ etiā calones dicebātur. Nā cōsuetudo erat militis romāi: ut ipse sibi arma portaret: & uallū quod dicebant calā. Sic Lucili⁹ Scinde puer calā: ut caleas. i. o puer frange fustes: & fac focum. Inde etiā classem dictā dicūt. Alii classem hinc dictā uolunt. Apud maiores nostros stipēdium terrestri prębio miles pedes dabat. Equites uero dabāt in nauali certamine: nā adhuc paup fuerat populus: exinde iam q̄ ab equitibus dabat stipēdiū tractū est: ut diceretē classis. Proprie eīs classis equitū dicim⁹. Classiq; aut sup̄ naui: quę classis. Vt in prio diximus dicta est απο των καλων. i. a lignis. Vn̄ Hora. Me uel extremos numi datū in agros classe releget. Aut ouī; quę eius cursum sequūtur. Palinuri cuī; implet officium: de quo supra ait. Ad hūc alii cursū contēdere iussi. c Immittit habenas. aut funes p metaphorā dixit: aut Home. secut⁹ est: q ait, στρεπτοισι βοεσι. i. loris tortis His eīs utebātur antiqui. d Et tandem Ad enee desideriū rettulit: olim ad italiā uenire cupiētis. Cęterū mota nō cōgruit de capreis cumarū: utq; ad ciuitatē tam lōgā fuisse nauigationē: pręsentim accēdēte fauore Neptuni. d Euboicis oris a colonia cumas appellauit. Nā euboea insula ē: in qua chalcis ciuitas est: de qua uenerūt q cōdiderūt ciuitatē in cāpania: quā cumas uocauit. Vel απο των κυματων: Vel a grauidę mulieris augurio: quę gręce εγκυοσ dicitē. e Allabitē. uenit celeriter: ut. Labere nympha polo. f Pelago. in pelag⁹ ut. It clamor cęlo. Bn̄ autē obuertūt: ut nō ęneę: sed sociis uilia detur officia. Gubernādi ars soli cōcedit ęneę. g Dēte tē. Vn̄ in prio. Vnco nō alligat anchora morsu. h Ancora: ut diximus in grēco aspirationē non hēt. Vn̄ αγκυρα dicitē. Vn̄ apod maiores sine aspiratiōe pferebatē cōtra thus & orchus ueteres dicebāt & lurcho. i. uorax: qb⁹ sequēs ętas detraxit aspirationē. i Iuuenum manus. post conditam in sicilia ciuitatem senum aut nulla aut rara fit mentio. k Ardens festinans. ut. Instant ardentes tyrii. l Littus in hesperiū. Hic ostēdit hesperiā minorē esse oēm italiam dictā ut supra diximus. Vel a rege: uel a stella. Semina flāmę σπερμα πυροσ Home. dicit. m Abstrusa in uenis silicis: Sic in Georgicis. Vt silicis uenis abstrusum excuderet ignem. n Ferarū tecta. exephegis siluę. o Flumina monstrat: quęcūque fluenta. Et sciendū ęneę monstrari ad expiandū se. Nam tunc est status fuerat morte Palinuri: non q eum uiderit: sed q funus agnouerat. id est doluerat. In eo enim est polluti o: quod ait. Casuque animum concussus amici. Nam ipsa impiant quę cognoscimus. Vnde in Liuio habemus Hor. Puluillum: quū capitoliū dedicare uellet audisse ab inimico mortuum filium. & ne pollutus dedicare non posset: respondisse cadauer sit. Hanc autem purgationem ęneę polluto dat ubique Virgilius: ut paulopost. Corpusque recenti Spargit aqua. p At pius ęneas quippe ad templa festinans. Arces quibus altus apollo: quum ubique arx Ioui detur apud cumas in arce Apollinis templum est. Altus autem uel magnus: ut. Iacet altus orodes: & de ipso Apolline. Sic pater ille deum faciat: sic altus apollo. Vel ad simulacri magnitudinem rettulit: quod esse constat altissimū. Quibus pręsidet: quibus pręest: quas defendit. q Horrendę: uenerandę: ut. Horrendum siluis & regione parentum. r Procul: haud longe. Procul enim est & quod pre oculis est: & quod porro ab oculis. Vnde & duplicem habet significationem: & iuxta: & longe. s Antrum immane petit. exephegesis est domus sibyllę. t Mentem

Descriptio Sexti Libri.

Væruntur sexto manes: & tartara ditis:
Cumas deinde uenit: fert hinc rn̄sa sibillæ:
Misenū sepelit mons seruat nomen humati.
Ramū etiā ante deū placato numine portat:
At uates longæua una descēdit auernum.
Agnoscit palinurū: & ibi solatur elissam
Deiphobūq; uidet lacerū crudeliter ora:
Vmbrarū pœnas discit narrante sibylla:
Conuenit anchisen: penitusq; in ualle uirenti
Agnoscitq; suam prolem monstrante parente.
Hæc ubi pcepit graditur: sociosq; reuisit.

.P. Virgilii Maronis Aeneidos Liber Sextus.

Sic[a] fat lachrymās: classiq;[b] imittit[c] habēas,
Et tādem[d] euboicis[d] cumarū allabitur[e] oris:
Obuertunt pelago[f] proras: tum dente[g] tenaci
Anchora[h] fundabat naues: & littora curuæ
Prætexūt puppes: iuuenū[i] man⁹ emicat ardēs[k]
Littus[l] in hesperium: quærit pars semina flāmæ
Abstrusa[m] in uenis silicis: pars densa ferarum[n]
Tecta rapit siluas: inuētaq; flumina[o] monstrat.
At[p] pius æneas arces quibus altus apollo
Præsidet: horrēdæq;[q] pcul[r] secreta sibyllæ
Antrū[s] imane petit: magnā cui mētem[t] animūq;

animūq; perissologia est. Nā scdm Lucre. unū est mens & animus. u Delius inspirat uates. Apollo fatidicus. Et sic ait Delius. Vt nūc lycię sortes. i. Apollinę. Bene aūt qd sit sibylla expressit. Magnā cui mēte animūq; Delius inspirat uates. Nam ut supra diximꝰ sibylla dicta est quasi σιοσβουλη. i. dei sentētia. Aeolici enī σιους deos dicūt. x Triuię lucos: cōgrue Apollini & Dianę iūcta sūt tēpla: ut paulo post. Phębi triuięq; sacerdos. Et bñ fit lucorū dianę cōmēoratio: qa petiturus est inferos. y Aurea tecta: Apollinis. z Dedalus: ut fama est. Fugiēs minoia regna: indicato a Sole adulterio Martis & Veneris. Vulcanꝰ minutissimis catenis lectulū cinxit: qbꝰ Venꝰ & Mars ignorātes implicati sunt: & cū ingēti turpitudie resoluti sub testimōio cūctorū deorū. Quod factū Venꝰ uehemēter dolēs stirpē oēm psequi solis infandis amoribꝰ cępit. Igit Pasiphę Solis filia Minois regis Cretę uxor tauri amore flagrauit: & arte Dędali inclusa intra uaccā ligneā septā corio iuuēcę pulcherrimę cū tauro cōcubuit: unde natꝰ est minotaurus: qui intra labyrinthū inclusus: hūanis carnibus uescebat. Sed Minos de Pasiphe habuit liberos plures: Androgeū Ariadnē: Phędrā. Sꝫ Androgeus quū eēt athlęta fortissimꝰ. & superaret in agonibꝰ cūctos apud athenas: ab atheniēsibus & uicinis megarēsibꝰ cōiuratis occisus est. Quod minos dolēs collectis nauibꝰ bella cōmouit: & uictis atheniēsibꝰ: pœnā hāc statuit: ut singulis quibusq annis septē de filiis: & septē de filiabus suis edēdos minotauro mitterent. Sed tertio āno Aegei filius Theseꝰ missus ē potens tam uirtute q̄ forma. Qui quū ab Ariadna regis filia amatus fuisset: Dędali cōsilio filio iter rexit: & necato Minotauro cū rapta Ariadna uictor aufugit. Quę quū oīa factiōe Dędali Minos depręhēdisset: effecta cū eo Icaro filio seruādū in labyrinthū trusit. Sꝫ Dędalus corruptis custodibꝰ sub faciēdi muneris specie: quo simulabat posse regē placari: cerā accepit: & pēnas: Vñ tam sibi q̄ filio alis impositis euolauit. Icarꝰ altiora petēs pēnis solis calore resolutis: mari in qd cecidit nomē imposuit. Dędalus uero primo sardiniā ut dicit Salu. post delatꝰ est cumas: & tēplo Apollini cōdito in foribꝰ hęc uniuersa depinxit. Dicēdo aūt Virgi. ut fama est ōndit regrēdam esse ueritatē. Nā taurus notariꝰ Minois fuit. Vel ut alii dicūt. magister militū Minois fuit: quē Pasiphe amauit: cū quo in domo Dędali cōcubuit. Et qa geminos pepit: unū de Minoe: alterū de tauro: enixam esse Minotaurū dicit: qd & ipse paulopost ostēdit dicēs. Mixtūq; genꝰ. Sed inclusū Dędalū regina corruptis custodibus relaxauit. Qui amisso in mari filio nauī delatꝰ est cumas: qd ipsū tāgit dicēs. Remigio alarū. Alę ei; & uolucrum sūt & nauiū: ut. Velorū pādimꝰ alas. a Minoia regna: cretā. b Prępetibꝰ pēnis: felicibꝰ. Prępetes ei; sūt aues bōi augurii: qd huic dat: qa puēit. c Ausus se credere cęlo: quasi alienis sedibꝰ. Hora. Expertus uacuū dędalus aere pēnis Non homini datis. d Insuetū homibꝰ: scilicet. Enauit. e Ad arctos. Bñ utrūq; miscet. Nare ei; & de nauibꝰ dicimus: ut natat. Vncta carina. Item. Et terris adnare necesse est: & de uolatu: ut. Nare p ęstatē liqdā suspexeris agmen. Ad arctos aūt si ad fabulā cōtra septētrionē: si ad ueritatē septētriōis obseruatiōe. f Chalcidicaq;: quā ciuitatē chalcideses cōdiderūt: ut supra ab insula: nūc a ciuitate epithetoñ dedit. g Redditꝰ his primū terris: quasi de alieno elemēto. Hora. Finibꝰ atticis reddas incolumē precor. h Remigiū alarū: artē uolādi. Iterū miscet dicēdo remigiū. i Posuit. ędificauit. k Letū androgeo: scdm atticā linguā: genitiuꝰ singularis grecꝰ. l Cecropidę iussi: athenięses a rege Cecrope: ut. Romulidę. i. romāni a Romulo. m Pēdere: aūt soluere: qd ut supra diximꝰ tractū est a pecuniaria dānatiōe. n Miserū: dolētis interiectio: ac si diceret nefas. o Corpora natorū. Bene corpora quę adēpta uita consumebātur. p Stat. aut horret: ut stāt lumina flāma. Aut re uera stāt post ductas sortes. Aut certe ad picturā respexit nā uolui in pictura nō poterat. Et licet nō sint uię stare de pictura: tñ bñ dictū est: sed si stat horret: accepimꝰ ductis sortibꝰ itelligimꝰ de qua ducebātur: ut. Et qua uectꝰ abas: nā a passiuo: ut sępe diximꝰ: inuēiri nō pōt pticipiū pñs. q Elata mari: pite sitū expressit: ut ei; Salu. dicit. Creta altior ē qua ptespectat oriētē. r Rñdet: aspicit: nā cōtra athēas est posita. s Furto: adulterio. ut. Vulcāi matrisq; dolos & dulcia furta. Pōt & ad uaccā referri. t Mixtūq; ge. scdm ueritatē. u Prolesq; bi. scdm fabulā. x Vene. mo. ne. aut mēoria turpissimi coitꝰ. aut ultio ueneris pditę: significatur āt Minotaurꝰ. y Inex. er. insolubilis: indeprehēsibilis. Hora. Si pugnat extricata dēsis cerua plagis: si extricata est soluta: inextricata insoluta sine dubio. z Reginę: regis filię Ariadnęs. a Ope in tāto: in foribꝰ a fabro factis.

Dęliusꝰ inspirat uates: aperitq; futura:
Iam subeant triuiæ[x] lucos atque aurea[y] tecta.
Dædalus[z] (ut fama est) fugiens minoia[a] regna
Præpetibus[b] pennis ausus[c] se credere cælo
Insuetu[d] per iter gelidas enauit ad[e] arctos:
Chalcidicaq;[f] leuis tandem super astitit arce.
Redditus[g] his primū: terris tibi phœbe sacrauit
Remigium[h] alarū: posuitq;[i] imania templa.
In foribus letum[k] androgeo: tum pēdere[m] pœnas
Cecropidæ[l] iussi: miserum[n] septena quot annis
Corpora[o] natorū: stat[p] ductis sortibus urna.
Contra elata[q] mari respondet[r] gnosia tellus.
Hic crudelis amor tauri: suppostaq; furto[s]
Pasiphae: mixtuq;[t] genus plesq;[u] biformis
Minotaurus inest ueneris[x] monumēta nefandæ.
Hic labor ille domus: & inextricabilis[y] error.
Magnū reginæ[z] sed enim miseratus amorem
Dædalus ipse dolos tecti ambagesq; resoluit
Cæca regens filo uestigia: tu quoq; magnam
Partē opere[a] in tanto sineret dolor icare haberes.

b Bis patriæ cecidere manus: quia patriæ. c Quin ꝓtinus oem. ostēdit plura fuisse q̄ dixerint. Perlegerēt. s. picturā Nec incōgrue legi picturā dixit: cū grece γραψαι & pingere dicat & scribere. Hoc ē qd ait Hora. in arte poetica. Et noua fictaq; nup hēbūt uerba fidē. Si greco fōte cadāt pce detorta. d Præmissus echa. κατα το σιωπωμενον intelligim⁹. e Deiphobe glau. subaudi filia. Et ē ꝓpriū nomē Sibyllæ. Multæ eiꝫ fuerūt: ut sopra dixim⁹ i tertio: quas ois Varro cōmēorāt: & reqrit a qua sint fata romana cōscripta. Et multi sequtes Virg. ab hac Cumana dicūt: q̄ licet lōgeua dicat: nō tñ ualde cōgruit eam usq; ad Tarqnii tēpora durasse: cui libros sibyllinos cōstat ēē oblatos. Dicit tamē

Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis patriæ cecidere manus: qn ꝓtinus oēm
Perlegerent oculis: ni jam præmissus achates
Afforet atq; una phœbi triuiæq; sacerdos
Deiphobe glauci: fatur quæ talia regi:
Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit
Nunc grege de intacto septē mactare iuuēcos
Præstiterit: totidem lectas de more bidentes.
Talibus effata æneam: nec sacra morātur
Iussa uiri: teucros uocat alta in templa sacerdos
Excisum euboicæ latus ingens rupis in antrum
Quo lati dicunt aditus centū: ostia centum:
Vnde ruunt totidem uoces responsa sibyllæ
Ventum erat ad limen: cum uirgo poscere fata
Tempus ait: deus ecce deus cui talia fanti
Ante fores subito non uultus non color unus:
Non cōptæ mansere comæ: sed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument: maiorq; uideri,
Nec mortale sonās afflata est numine quādo
Iam ꝓpiore dei: cessas in uota precesq;
Tros ait ænea cessas: neq; enim ante dehiscent
Attonitæ magna ora domus: & talia fata
Conticuit: gelidus teucris per dura cucurrit
Ossa tremor: funditq; preces rex pectore abimo:
Phœbe graues: troiæ semper miserate labores:

Varro Erythreā credā scripsisse: quia post incēsum Apollinis teplū in quo fuerāt apud Erythreā insulā ipsa inuēta sūt carmina. f Nō hoc ista sibi tempus. pos. & supra dixim⁹ Apollinē sex mēsib⁹ apud lycios: sex apud Delon dedisse respōsa. Itē lectū est deos aliquotiēs cal. aliquotiēs tantū idibus uaticinari. Nōnūquā dici uel prima: uel postrēa pte. Vñ est in iure fissus dies. i. nō tot⁹ religiosus: quē nūc ostēdit dicēs: nō oportere eneā religiosam diei ptē pdere. i. oraculo cōgruā. Sane sciēdū poscit lectōeꝫ esse meliorē. Tēpus eiꝫ spectacula poscit: non a speculis poscit. g Nūc grege de intacto. gregē pro armēto posuit. Nam de iuuēcis dicturus est: quę per poeticā licētiā sępe cōfundit. Illo loco ꝓprie posuit. Quinque greges illi balantū: qua redibāt Armēta. h Intacto: aūt indomito: ut. Intacta totidē ceruice iuuēcas. i Lectas de more bidē. de more antiquo scilicꝫ: quē pręteremisit: quasi tūc oibus notū. i. ne hēant caudā aculeatā: nec linguā nigram: nec aurē fissam: qd doc. aliud esse intactū: aliud lectū. k Bidētes aūt ut dixim⁹ oues sunt: circa bimatū hntes duos dētes eminētiores: quę erāt aptę sacrificiis. Euboicę rupis latus: hoc ē mōtis Cumāiquē. l Euboici: habitauerūt. Est autē acyrologia. Colonię enim epithetou rei dedit imobili. Antrū. in antri similitudinē: ut. Portus ab ęoo fluctu curuatus in arcū. m Lati dicit aditus centū: nō sine causa aditus dixit & ostia. Nam Vetruuius qui de architectonica scripsit ait. Cuꝫ ab aliqno arcemur ingressu: id ostium dici ab ostādo: cum ingreditur aditum ab adeūdo. n Ostia centū. finitus numerus pro infinito: lic. possit & rationabiliter dictū esse. Respōsa enim sibyllę in hoc loco plus minus centum sermonū sunt. Inueniūtur tamen Apollinis elogia & uigintiqnque & triū sermonū. Vñ melius est finitū pro infinito accipi. o Totidem uoces, ac si diceret tot sermones. p Deus ecce deus: uicinitate templi iam afflata est numine. Nam furentis uerba sunt deum uelle ostendere: qui ipsi tantū uidetur. Sane cauti esse debemus quando plena sit numine: & quādo deū deponat. Non eniꝫ post uaticinationē dictura est. q Non color unus. Item Luca. Stat nunq̄ facies. Cōptę comę: ante hac scilicet: nam ꝓpter sacra resolutę sunt: ut. Vittasq; resoluit Sacrati capitis. r Maiorq; uideri. uidebat sicut solebat in uaticinatōibus apparere numinis pręsentia: quod hūanis illudebat aspectibus. Vñ ait. Maiorq; uideri. Non enim reuera est. s Nec mortale sonās. Alta enim uox numinū est: ut in primo Nec uox hoiem sonat. Iteꝫ uocisue sonus. t Afflata est nōdum deo plena: sed afflata uicinitate numis. u Quādo siqdē: nā cōiūctio est: nō aduerbiū x Cessas in uota: tardus es ad uota faciēda: nā si dixerit: cessas in uotis: hoc significat tardus es dū uota facis. Aliud enim cessas in illa rem: & aliud cessas in illa re. tardus es ad faciēdā rem: & tardus es in faciēda re. Figurate aūt dixit cessas circa uota ꝓmittēda numib⁹. y Tros. pricipale ꝓ deriuatiuo. i. pro troius. z Neq; eiꝫ ante de. Tractū est de matris deū tēplo: qd nō maib⁹: sed precib⁹ apiebat. a Attonitę, stupēdę: nō stupēns: ergo attonitę facietis attonitos ut. Mors pallida. Tristis senect⁹. b Ora do. ga supra ait. Vnde ruūt totidē uoces. c Per du. cu. Ossa tre. religiōis est & diuinę reuerētię. Alibi. Ipse manū multo suspēsuꝫ numie ducit. d Pectora ab imo: a mentis intimo: nec imerito. Nā illa re diuinitas flectit quę ē nobis cū diuitate cōis. i. sensu. e Phebe gra. scdm Home. qui euꝫ dicit semp ꝓpugnatorē fuisse Troię. Et benę miserate: quia Troia defendi non potuit, Ideo nō dixit, qui defēdisti: sed miseratus es.

Dardania[f] qui paris direxti tela[g] manusq;
Corpus in æacidæ; magnas[h] obeuntia terras
Tot maria intraui duce te; penitusq;[i] repostas
Massylũ[k] gentes: prætẽtaq;[l] syrtibus arua:
Iam tandẽ italiæ fugiẽtis prendimus[m] oras:
Hac[n] troiana tenus fuerit fortuna secuta.
Vos quoq; pergameæ iã[o] fas est parcere genti
Diiq; deæq; oẽs: quibus[p] obstitit iliũ & ingens
Gloria dardaniæ: tuq; o sanctissima uates
Præscia[q] uenturi da (nõ indebita posco)
Regna meis fatis) latio considere teucros:
Errantesq;[s] deos: agitataq; nũmina troiæ.
Tum[t] phœbo & triuiæ solido de marmore tẽpla
Instituã: festosq;[u] dies de nomine phœbi.
Te[x] q̃3 magna manet regnis penetralia nostris
Hic ego nãq; tuas[y] sortes: arcanaq; fata
Dicta meæ genti ponã: lectosq;[z] sacrabo
Alma uiros: foliis[a] tãtũ ne nomina manda.
Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis:
Ipsa[b] canas oro: finẽ dedit ore loquendi.

f Dardana qui paridis: Achilles a matre tinctus in stygẽ paludẽ toto corpore inuulnerabilis fuit: excepta pte qua tentus ẽ manu matris: qui cũ amatã polyxenã ut i tẽplo acciperet ira statuisset insidiis Paridis post simulacrũ latẽtis occisus ẽ, unde fingitur q tenẽte arcũ Apolline: paris direxit tela & bene direxit quasi ad solũ uulnerabilẽ locũ. Dardana aũt ĩõ: ut nõ adultero: sed gẽti pręstitisse uideatur. g Tela manusque: uel quia aliud sine alio esse non põt: uel hoc dicit: & artẽ p tela: ut nosset quid feriret: & uirtutẽ p manus dedisti: ut eius facta compleret. h Magnas obeuntia terras: cingẽtia terras tot maria. Oceanus cui oẽs ambit terras: & licet iste p ea maria nauigauerit: que terris cingũtur: tñ non dixit iproprie: cũ de Oceano ista nascãtur: & tot dicẽdo maria ptẽ cũ maris nauigasse significat nõ totũ mare. Mare ei elemẽtũ est totu3 maria uero ptes maris sicut terrę ptes sũt: terra uero totũ elemẽtũ. i Penitusq3 repostas lõge semotas auias. k Massylũ gẽtes: massyli sũt mauri: unde speciẽ p genere posuit. Nã ęneas ad africã nõ uenit: cuius ptẽ constat eẽ Massyliã: Pręteñtaque syrtib⁹ arua circũfusa. Incerta eñi illic maria & terrę. Vñ ait Luca. Aequora fracta uadis abruptaq3 terra pfundo. m Prędimus quippe fugiẽtẽ italiam n Hac troiana ten⁹. i. hactenus: hucusque. i. hic sit finis. Nã ten⁹ pprie ẽ extrẽa ps arc⁹ ut Plau. ostẽdit. Vñ tractũ ẽ: ut hactenus hucusq3 significet. Troiana fortuna: a pręiudicio. i. mala & dicit i iquũ esse ut troianã fortunã patiãtur in italia. o Fas ẽ parcere gẽti: quia se uictã fatetur. p Quibus obstitit iliũ. Ganymedes cui obfuit hebę: paris mineruę: & iunoni: qđ aũt dixerit dii deęque & dearum tãtũ reperimus exẽpla: non est mirũ cũ supra dixerim⁹ ἀρσενόθηλας omnes deos. Possumus ergo p unã rẽ utrunque intelligere licet dicatur etiã neptuno obfuisse Troiã in denegatiõe mercedum. Nouimus preterea cẽ morem poeticũ: ut duabus prępositis rebus uni respõdeant: ut Nauita tum stellis numeros & nomina fecit Pliadas hiadas: clarãque licaonis arcton. Nã supresso numero dixit nomina. q Pręscia uenturi: absolutũ ẽ: rerũ uenturarũ. r Da: dic: ut Qui sit da tityre nobis: unde ẽ cõtra. Accipe nũc danaũ insidias. Nõ enim prestare aliquid poterat: sed indicare futura. r Nõ indebita posco: deest si. Est autem ὑπερβατόν. i. longissimũ hyperbaton. Phebę & uos dii deęque: & tu o uates da. i. dic Latio Teucros cõsidere. i. utrum possumus cõsidere. Verecõde aũt dictum ẽ si nõ indebita posco: cũ certũ cẽt: quia debebãtur eis regna. s Errãtesque deos: ut Diis sedem exiguam patris. Agitaque numina Troię: aut mecũ uexata: aut certe ξόανα dicit. i. simulacra breuia quę portabãtur in lecticis: & ab ipsis mota infũdebãt uaticinationẽ: qđ fuit apđ ęgyptios & carthaginẽses t Tũ phębo & triuię: ut solet miscet hystoriã: nã hoc tẽplũ in palatio ab Augusto factũ est: sed quia Augustus cohęret Iulo qui ab ęnea originẽ ducit: uult augustũ patrũ uota soluisse. u Festosque dies de nõie phębi: ludos apollinares: qui i scđm quosdã bello punico secũdo i stituti sunt secundum alios tempore sillano ex responso Martiorum fratrum: quibus Sibylla prophetauerat: quorũ extabant ut sibyllina responsa. x Te quoque magna manent nostris penetralia regnis: id est colens: ut numen. Manent autem: expectant in futurum. Penetralia: secreta templorum. y Tuas sortes sybillina responsa: quę ut supra diximus incertum est cuius sibylle fuerint quanq oã cumanę Virgilius dicat: Varro. Eritheę Sed constat Seruio Tullio regnante Tarquino quandam mulierem nomine Hamaltheam obtulisse ei nomen libros: in quibus erant fata: & remedia romana: & pro his poposcisse tercentum philippeos: qui aurei tunc preciosi erant: quę contempta alio die tribus incensis reuersa est & tantum poposcit. Item tertio aliis tribus incensis cum tribus reuersa est & accepit quantum postulauerat. Hac ipsa re rege commoto quod precium non mutabat: qui libri in templo apollinis seruabantur nec ipsi tantum: sed & Martiorum: & Begoes nimphę: quę artem scripserat fulguritarum apud Tuscos: Vnde addidit Tuas sortes arcanaque fata: & hoc inde trahit poeta Aeneam tamen inducit quasi de pręsenti dicentem oraculo. z Lectosque sacrabo uiros: quia nisi patricii non fiebant. Sciendum sane primo duos librorum fuisse custodes: inde decem: inde quindecim usque ad tempora syllana. post creuit numerus: nam sexaginta fuerunt: sed remansit quindecim uirorum uocabulum. a Foliis tantum ne carmina manda: ut Varro dicit in foliis palmę interdum notis: interdum scribebant sermonibus: ut in tertio libro supradiximus. b Ipsa pro tu: & pronomen posuit eius personę de qua loquitur pro illius cum qua loquitur: est autem gręcum.

Nā dicunt ΑΥΤΗΕΙΠΕ. i. tu dic: Finē dedit ore loquēdi hoc ē desiniit ei: ut ore loqueretur: nec in foliis scriberet. Nō dum patiens: aut quę nōdū posset implere oraculorū sermones: aut dū uacat: & ē ipatiens. c Phębi bacchat. Id ē ei ē Appollo qui liber pater: qui Sol. Vñ ait Luca. Cui numine mixto Delphica thebanę referūt trieterica bacchę. Vñ in corū sacris erat phębadū baccharūque couēt⁹. d Excussisse deū: excuti ꝓprie de equis dicim⁹ quod iō traxit: quia phębus. i. sol equis utitur: & nūc sibyllā quasi equū: apollinē quasi equitē induci in ea ꝑmanēs trāslatione excussisse ait: ut Excussus aconthe⁹: Itē e Fera corda domās: quod ꝓprie equorum est & frena & stimulos pati: ut Ea frena furēti. Cōcutit: & stimulos sub pectore uertit: qđ aūt dicit magnū deū nō re uera ait: sed rettulit ad effectū colētis: ut Sūme deū sancti custos soractis apollo. Vnicuique eni deus ipse quē colit magn⁹ uidetur. Excussisse deum: pro excutere: tēpus ꝓ tēpore. Est aūt attica figura: qua nos uti non conuenit hac licenter utuntur poetę. f Fingitque prę mēdo: cōponit: ut Et corpa fingere lingua. Cōpōit etiā ad moderatiōnē certā dicēdi: ut eni supra diximꝰ oia quidē uidēt: sed nō omnia indicāt sacerdotes: ut supra Luc. Nec tātū ꝓdere nati Quātum scire licet. g Ostia iamque dom⁹ patuere pręcibus. s. & quę ante ostia erāt patefacta aditus cē cęperūt. h Ferūt rīsa: quia supra ait ora dom⁹. i Pelagi defūcte periclis: non liberate pelago: sed maris periclis: nā adhuc nauigaturus ē: sed sine ullo discrimine. Defūcte aūt liberate. nā dicimus fūctos officio qui officia debita cōpleuerūt unde & honorib⁹ functi. & hinc defūctos mortuos dicimus qui cōpleuerūt uitę officia: unde ē nil iā cęlestibus ullis debētem. k Sed terrę legitur & terra uiuum tamen est. l In regna lauini: alii latini legūt: cuius tunc erat: sed quia diuina loquitur futura pręoccupat: postea enim Lauiniū dicetur: licet possit ad Lauinum Latini fratrem referri: qui ille ante regnauit. m Horrida bella: quę contra hospitem cogitatumque suscepta sunt: ut Latinus dicturus est: Arma impia sumpsi: Promissam eripui n Spumantem sanguine cerno: quasi non predicit sed uidet quę facturus est tur: ut recalent tyberina fluenta sanguine adhuc. Non simois tibi nec xanthus. Tyberinus & numicus in quem cecidit. o Nec dorica castra: gręca & re uera. Nam turnus grecus fuit: ut Et turno si prima domus repetatur origo: Inachus acrisiusque patres medięque mycenę. p Parthus achilles: turnum significat: & sic hoc dictū ē: ut in bucolicis: Alter erit tunc tiphys & altera quę uehat argo Heroas. & hoc est quod dicit Obscuris uera inuoluens: Nam licet uera sint latent: Vnde apollo ΛΟΞΙΑΣ dicitur: id est: obliquus. q Natus & ipse dea: de Venilia sorore Amatę: ut cui diuina Venialia mater. Nec debet mirum esse Amatam fuisse mortalem: cum & turnus luturnę frater mortalis fuerit: nam hęc fuerant diuina beneficia. r Addita iuno inimica. est autem uerbum Lucilii & antiquorum: ut Plautus additus ioui argus. s In rebus egenis: per transitum ostendit famem futuram. t Coniunx iterum hospita: nam & paris ab helena fuerat susceptus hospitio. Hospita autem more suo dixit: & bene ne aliquid imputetur ęneę quasi hoc fatorum esse prędixit. u Tu ne cede: ne cedas: sed esto audentior q̄ tua te fortuna permittit. & bene aduersā fortunā edocet uirtute: aut uitari: aut minui: aut patienter sustineri. x Via: ratio: oportunitas. y Graia pādetur ab urbe: ꝓpter euādrū qui eū in Thusciā missurus ad tarcōtē ē. z Ex adyto: locū uaticinatōis ondit. z Cumęa sibylla: cumea biß addidit ꝓpter discretiōem. a Antroq; remugit: q: i antro ut pulsati coles clamore resultāt. a Obscuris uera iuoluēs: uera & obscura cōfūdēs. ē ut hypallage ueris obscura inserens. b Cessit furor. non penit⁹ recessit: sed paulatim cępit imminui. Nam & paulopost est de Miseni morte dictura: q: non procedit si nunc numen recessit. c Non ulla laborum O uirgo: o licet sit naturaliter breuis i sermōib⁹ latinis: apud Virg. tn̄ ꝓ longa habeī: ut hoc loco: O uirgo. Itē alibi: Quis te magne cato

At phebi^c nondū patiens immanis in antro
Bacchatur uates; magnū si pectore possit
Excussisse^d deū; tanto magis ille fatigat
Os rabidū fera^e corda domās; fingitq;^f premēdo
Ostia^g iamq; dom⁹ patuere ingentia cētum
Sponte sua; uatisq; ferūt^h responsa per auras.
O tandē magnis pelagi^i defūcte periclis
Sed^k terra grauiora manēt; in^l regna lauini
Dardanidæ uenient (mitte hāc de pectore curā)
Sed nō & uenisse uolent; bella horrida^m bella;
Et thybrim multo spumātem sanguine cerno.
Non simois tibi: nec xanthus: nec^o dorica castra
Defuerint: alius latio iam partus^p achilles:
Natus^q & ipse deā; nec teucris addita^r iuno
Vsquā aberit; cū tu supplex in^s reb⁹ egenis:
Quas gētes italū; aut quas nō oraueris urbes.
Causa mali tanti cōiunx^t iterū hospita teucris
Externiq; iterum thalami.
Tu^u ne cede malis; sed cōtra audentior ito:
Quā tua te fortuna sinet; uia^x prima salutis
(Quod minime reris) graia^y pandetur ab urbe
Talibus ex adyto^z dictis cumea sibylla
Horrendas canit ambages: antroq; remugit
Obscuris^a uera inuoluens: ea frena furenti
Concutit: & stimulos sub pectore uertit apollo
Vt primū cessit^b furor; & rabida ora quierūt:
Incipit æneas hæros non^c ulla laborum

nomina: exceptis ego: ut Ast ego quę diuū: & duo: ut si duo pręterea: scio: ut Nūc scio quid sit amor: & nescio ut nescio quis teneros ocul⁹ mihi fascinat agnos. Apud alios o nisi i gręcis noib⁹ nō ꝑducitur ꝙ & nūc sequi debem⁹ dicūt tamē quidā o tūc ꝑduci in noīatiuo qn̄ & in genitiuo fuerit ꝑducta: qđ falsū ē. Nā & Virg. ꝑduxit uirgo: cū uirginis faciat: & Luca. Cato corripuit: ut nos Cato da ueniā: cū catonis faciat. Itē iuno cū ꝑducat Virgi. Sta. tn̄ corripit. Sane sciendū allocutionē hāc eē suasoriā cū ptib⁹ suis. uā honestū ē ꝙ dicit se patrē requirere: utile ab eo patrię originē discat: necessariū quia iusserat pater: ut Ditis tamē ante ifernas accede domos: possibile quia ait. Qn̄ hic iferni ianua ditis dicit. I tē potes nāque oia: si oia & hoc.

O uirgo noua[d] mi facies inopinata ue surgit
Omnia[e] precepi: atq; animo mecū ante pegi
Vnū oro quādo[f] hic inferni ianua regis
Dicitur. & tenebrosa[g] palus acheronte[h] refuso:
Ire[i] ad cōspectū cari genitoris: & ora
Contingat: doceas iter: & sacra[l] ostia pādas.
Illū[m] ergo ꝑ flāmas: & mille sequētia[n] tela
Eripui his humeris: medioq; ex[o] hoste recepi.
Ille[p] meum comitat⁹ iter maria omnia mecū:
Atq; omnes pelagiq; minas cæliq;[q] ferebat
Inualidus uires[r] ultra sorteq; senectæ:
Quin ut te supplex peterē: & tua limina adirem
Idem orans[s] mādata dabat: natiq; patrisq;
Alma precor miserere: potes nāq; oia: nec te
Nequicquā lucis hecate præfecit auernis.
Si[t] potuit manes arcessere coniugis orpheus:

Sortitus[u] fortunã oculis: & corpore toto
Eminus intorquet: murali cõcita nunq̃
Tormẽto sic saxa fremũt: nec fulmine[x] tãti
Dissultãt crepitꝰ: uolat atri[y] turbinis instar
Exitiũ: dirũ hasta ferẽs: orasq; recludit
Loricæ: & clipei extremos septẽplicis orbes
Per mediũ stridẽs trãsit femur: incidit ictus[z]
Ingens ad terrã duplicato poplite turnus.
Cõsurgũt gemitu rutuli: totusq; remugit
Mons circũ: & uocẽ late nemora alta remittũt
Ille humilis supplexq; oculos dextrãq; præcãte;
Protẽdẽs equidẽ[a] merui nec deprecor inquit
Vtere[b] sorte tua. miseri te siqua parẽtis
Tãgere cura potest: oro: fuit[c] & tibi talis
Anchises genitor dauni miserere senectæ:
Et me seu corpꝰ spoliatũ lumine mauis
Redde meis: uicisti: & uictũ tendere[e] palmas
Ausonii uidere: tua[f] est lauinia coniũx.
Vlterius[g] ne tẽde odiis: stetit acer[h] in armis
Aeneas uoluẽs oculos dextrãq; repressit.
Et iã iãq3 magis cũctãtẽ[i] flectere sermo
Cæperat infœlix[k] humero cũ apparuit alto
Balteus: & notis fulserũt cingula bullis.
Palãtis pueri: uictũ quẽ uulnere turnus
Strauerat: atq3 hũeris inimicũ insigne gerebat.
Ille oculis postq̃ sæui monumẽta[l] doloris
Exuuiasque hausit[m]: furiis accensus & ira
Terribilis tu ne hinc spoliis indute meoȝ
Eripiare mihi: palas te hoc uulnere palas[n]
Immolat: & pœnã scelerato ex sanguine sumit:
Hoc dicẽs ferrũ aduerso sub pectore condit
Feruidꝰ: ast illi soluũtur frigore[o] mẽbra:
Vitaq3[p] cũ gemitu fugit indignata sub umbras

Finis.

u Sortitꝰ fortunã oculis: hũc locũ ad ferẽdũ oculis elegit eneas quẽ fortunã destinauerat uulneri. x Fulmine tãti: p tonitru sine quo nũq̃ fulmẽ mittit. y Atri turbinis instar: multis utitur comparationibꝰ ad exprimẽdũ nimiũ impetũ: & instar ut supra diximꝰ p se plenũ est nec recipit pręposition ẽ: licet serenꝰ ad instar dixerit: qđ in idoneis nõ repitur auctoribꝰ. z Ictus: pcussus nũc principiũ ẽ: acsi diceret cecidit elisus. a Equidẽ merui: scđm artẽ rhetoricã. nã quotiens psonę in inuidia sunt: alię p his pponũtur. unde ait Ego qdẽ occidi mereor: sed tu debes ignoscere parẽtis intuitu. Nec deprecor: nõ refutu. b Vtere sorte tua: interesse hostẽ tuum. c Fuit & tibi talis anchises: hic distinguẽdũ ut duo dicat: & habuisti patrẽ & pater es. d Et me redde meis ordo ẽ redde meis: sed nec ex apto rem uiro forti pudẽdam peteret: interpositione usus ẽ dicẽs Seu corpꝰ spoliatũ luminemauis. e Tendere palmas ausonii uidere: ad gloriam ęneę pertinet: quod se turnus cũctis pręsentibꝰ uictum fatetur. f Tua ẽ lauinia cõiunx: quę fuerat causa certaminis. g Vlteriꝰ ne tende odiis: noli uelle crudelitatẽ tuã ultra fata protendere: sed redde corpus sepulcro. h Acer in armis nõ tantũ ad pręsens refertur: sed quia semper in armis acer ẽẽ cõsueuit. i Cũctãtẽ flectere sermo cęperat: ois intentio ad ęneę pertinet gloriam. nã & ex eo q̃ hosti cogitat parcere pius oñdit: & ex eo q̃ eũ interimit pietatis gestat insigne. nã euãdri intuitu Palantis ulciscit mortẽ. k Infęlix balteus: nulli domino fęlix & sic ẽ dictũ infęlix baltheus sicut lacedęmonios hymenęos. Et sciẽduȝ balteũ habuisse turnũ ad insultationẽ & iactãtiã nõ ad utilitatẽ. unde ait atque humeris inimicum insigne gerebat. l Monumenta doloris: proprie. nã & monimentũ ab eo dictũ est q̃ mentem moueat. m Hausit: nudit: ut Haoriat hũc oculis ignẽ crudelis ab alto. Palas immolat: ad suę mortis & abrupti fęderis ultionẽ te tanq̃ hostiaȝ imolat Palas. o Frigore: morte: ut Corpꝰ lauãt frigẽtis & ungũt. p Vitaque cũ gemitu fugit indignata sub umbras: idignata uel quia mox pręceueniã meruerãt: uel qa lauiniã fore sciebat ęneę: uel quia ut supra de camilla diximus discedebat a iuuene. nã uolũt physici aiam discedere a corpore inuitã cũ quo adhuc hitare nature legibꝰ poterat sic Home. ψυχη δεκ ρεθεων πταμενη αιδόσδε βεβηκει ον ποτμον γοοωσα λιπουσα δροτητα και ηβην.

Vrnus ut extremo uitã sub marte profudit:
Subdunt se rutuli ẽneę troiana sequentes
Agmina: de hinc superis meriti redduntur honores
Cõgaudet gnato ac sociis memor ante malorum
Actorũ pater ęneas: turnię inde latinus
Morte dolet patrię miseranda incendia daunus
Euerse et cari defflet pia funera gnati
Connubium instaurat gnatę letosque hymeneos
Rex socer ęneę genero gens utraque pacto
Federe pacis ouat tum nomine coniugis urbem
Instruit et tandem placida sub pace regentem
Transtulit ęneam uenus astra in summa beatum

T VRNVS VT EXTREMO
deuictus marte profudit
Effugientem animam
medioque sub agmine uictor
Magnanimus stetit ęneas mauortius heros
Obstupuere omnes gemitumque dedere latini
Et durum ex alto reuomentes corde dolorem
Concussis cecidere animis ceu frondib9 ingens
Silua dolet lapsis boreali impulsa tumultu
Tam tela infigunt terre et mucronibus herent
Scutaque deponunt humeris et prelia damnant
Insanumque horrent optati martis amorem
Nec frenum nec colla paci captiua recusant
Et ueniam orare & requiem finemque malorũ
Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurrunt largo miscentes sãguine pugnam
Cuique suum pecus inclinat sin cesserit uni
Palma duci moxque uicto pecora ante fauebãt
Nunc sese imperio subdunt uictoris et ultro
Quanquã animũ dolor altus habet parere fatentur
Non aliter rutuli licet ingens meror adhausit
Pectora pulsa metu cesi ducis inclyta malunt
Arma sequi & phrygiis ęneam fedusque precari
Pacis & ęternam rebus belloque quietem
Tunc turnum super assistens placido ore profatur
Aeneas que tanta animo dementia creuit
Vt teucros superum monitis summique tonantis
Imperio huc uectos patereris daunia proles
Italia et pactis ne quicquam expellere tectis
Disce iouem reuereri et iussa facessere diuum
Magnum etiam caput ira iouem memoresque malorũ
Sollicitat uindicta deos en ultima tanti
Meta furoris adest quo contra iura fidemque
Iliacam rupto turbasti federe gentem
Ecce suprema dies aliis exempla sub eum
Venturum missura iouem ne temnere frustra
Fas sit & indignos bellorum accendere motus
Nunc armis letare tuis: hęu nobile corpus:
Turne iaces: & non tibi erit lauinia paruo:
Nec dextra tamen ęneę cecidisse pudebit.
Nunc rutuli hinc auferte ducem uestrum arma uirũque
Largior atque omnem defflende mortis honorẽ
Sed quę palantis fuerant ingentia baltei
Pondera trãsmittam euandro ut solacia ceso
Haud leuia hoste ferat turnoque exultet adépto
Vos memores tamen ausonii melioribus uti
Discite bellorum auspiciis ego sydera iuro
Nunquam artes nũquam arma libes in prelia moui
Sed uestris actus furiis defendere toto
Optaui et licuit troianas robore partes
Nec fatus plura ęneas se letus ad altos
Vertebat muros et troia tecta petebat
Vna ipsum teucrorum omnis cõuersa iuuentus
Exultans sequitur uolucresque per arua pedum ui
Quadrupedes citat incusans acriore latinos
Ignauosque uocans strepit altus plausibus ether
Et quãuis inhumata rogis dare corpora surgat
Ingens cura animo sociosque imponere flammis
Maius opus tamen ęneas sub pectore uoluens
Primum ari smeritos superis mandabat honores
Tum pingues patrio iugulant ex more iuuencos
Immittuntque sues niueasque in templa bidentes
Purpuream effuso pulsantes sanguine terram
Viscera diripiunt & cesim in fusta trucidãt
Denudãtque gregẽ e flãmis uerubusque remittũt
Tum uina effundunt pateris et dona lyei
Accumulant plenis uenerantur lancibus aras
Tura ignes adolent: onerata altaria fumant:
Tũ plausus per tecta mouẽt. magnũque tonantem
Extollunt: ueneremque & te saturnia iuno
Iam placidam: & meliorem ingenti laude fatentur:
Mauortemque ipsumetum cętera turba deorum
In mediũ effertur summis cum uocibus altis
Perlata ad cęlos: ante omnis gratior unus
Aeneas duplices mittebat ad ęthera palmas:
Et puerũ pauca ore dabat complexus iulum.
Nate in quo spes una patris per tanta laborum
Quem uariis actus fatis discrimina duxi:
Ecce inuenta quies: ecce illa extrema malorum
Erũnis factura modum acceptissima semper
Atque optata dies: quam dura in bella uocatus
Sępe tibi diis auspicibus meminisse futuram
Iam memini nũc te quamprimum aurora rubebit
Crastina sublimen rutulorum ad męnia mittam.
Dehinc se se ad gentem iliacam uoluebat: & alto
Pectore uerba trahens blando est sic ore locutus.
O socii per dura ac densa pericula uecti
Per tantos bellorum ęstus: duplicesque furores
Armorum: per totque hiemes: per quicquid acerbum:
Horrendum: graue: triste: ingens: per quicquid iniquũ:
Infaustum: & crudele foret: conuertite mentem
In melius: iam finis adest: hic meta malorum
Stabit: & optatam latia cum gente quietem
Iungemus: dabit inde mihi lauinia coniunx
Bello acri defensa italo cum sanguine mixtam
Troianam transferre ęterna in secula gentem:
Vnum oro socii ausonios communiter equo
Ferte animo: & nosmet socero obseruate latino:
Sceptrum idem sublime gerent: sententia mentem
Hęc habeat bello uos: & prestantibus armis
Discitę me: & pietate sequi: quę gloria nobis

Cesserit in promptu est: sed cęlum: & sydera testor
Qui uos tantorum eripui de clade malorum:
Idem ego sub maiora potens uos pręmia ducam
Talibus orabat: uariosque in pectore casus
Pręteritos uoluens: partamque labore quietem
Haud paruo: nimium ardenti exundabat amore
In teucros: grauibus tandem enasisse periclis
Exultans: uelut exiguis quum ex ęthere gyrans
Incubuit pullis: & magno turbine miluus
Insiliens auido ore furit: stragemque minatur
Tum cristata ales perculso pectore mater
Consurgit misero gnatorum exterrita casu.
Rostrum acuit totisque petit conatibus hostem,
Et multa expulsum ui tandem cedere cogit.
Dehinc perturbatos crocitans exquirit: & omnes:
Attonitos cogit pro caris anxia gnatis:
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo.
Non secus anchisa genitus mulcebat amicis.
Troianos dictis: antiquum corde timorem.
Flagrantisque agitans curas: & gaudia longis.
Tandem parta malis: & quę perferre molestum.
Ante fuit. meminisse iuuat uerum altior idem.
Igentis: & claras ęnea supereminet omnes
Virtutem excellens: & pro tot numina donis.
Exorat: summisque iouem cum laudibus effert.
Interea rutuli magnum: & miserabile funus
Exanimumque ducem tulerant sub tecta frequentes
Corepti merore animos: largumque pluentes.
Himbrem oculis: & iam lato clamore latinum.
Defessum: & uarios agitantem pectore casus.
Compleraut: qui postquam altos crebrescere questus.
Et turnum ingenti confossum uulnere uidit:
Haud tenuit lachrymas: de hinc mestum leniter agmen
Corripuit manibus uerbisque silentia ponens.
Ceu spumantis apri quando per uiscera dentes
Fulmineos canis excepit prestantior omni
Ex numero: tūc in fausto preterita casu:
Cętera turba fugit latrantum atque ore magistrum:
Circūstans querulo pauitat: magnoque ululatu:
Infremit ac cōmota manu domitique iubentis.
Ore scilet: gemitūque premit: seseque coercque.
Haud aliter rutuli suppressa uoce quierunt.
Tunc sic illachrymans rex alto corde latinus:
Verba dabat: quantos humana negotia motus:
Alternasque uicent quo turbine fertur.
Vita hominū o fragilis damnosa superbia sceptri.
O furor o nimium dominandi innata cupido
Mortales quo cęca uęhis. quo gloria tantis
Inflatos transfers animos quęsita periclis.
Quot tecum insidias. quot mortes: quanta malorum
Magnorum tormenta geris. quot tela quot ense
Ante oculos si cernis habes. heu dulce uenenum
Et mondi lętalis honos: heu tristia regni
Munera: quę haud paruo constent: & gaudia rerum
Pondera: quę nunquam placidam promittere pacem:
Nec requiem conferre queant: heu sortis acerbę
Et miserę regale decus: magnoque timori
Suppositos regum casus pacisque negatos
Quid turne ingenti ausoniam mouisse tumultu
Et dora ęneadas turbasse in bella coactos:
Quid iuuat uiolasse sacrę promissa quietis
Pignora. quę tibi tanta animo impatientia uenit:
Vt martem cum gente deum: iussuque tonantis
Huc uecta gereres & nostris pellere tectis
Vltro instans uelles: nateque abrumpere fędus
Policitę genero ęneę & me bella negante
Dura mouere manu: quę tanta insania mentem
Implicuit. quotiens te iu sęui martis euntem
Agmina sublimēque in equo: & radiantibus armis
Tentaui reuocare: & iter suspendere cęptum
Corripui: & pauitans cadentem in limine frustra.
Inde ego quāta tuli testantur męnia tectis
Semirutis magnique albentes ossibus agri:
Et latium toto uacuatum robore: & ingens
Exitium fluuiique humana cęde rubentes.
Et longi tepidique metus: durique labores
Quos totiens senior per tanta pericula cępi
At nūc turne iaces: ubi nam generosa iuuentę
Gloria & excellēs animus quo splēdidus altę
Frōtis honos. quo nam illa decēs frontis imago:
Ah quantas dauno lachrymas acresque dolores
Turne dabis quanto circunfluet ardea fletu
Sed nō degeneri: & pudibundo uulnere fossum
Aspiciet: saltem hoc miserę solamen habebit
Mortis: ut ęneę troiani exceperis ensem.
Hęc fatus lachrymisque genas impleuit abortis:
Tum sese ad turbam uoluēs miserabile corpus
Attolli: & caram męsti genitoris ad urbem
Deferri: atque pios fieri mandabat honores:
Mox circumfusi rutuli lato agmine cęsum
Sublimem ingenti iuuenem posuere pheretro:
Multa super teucrum raptorum insignia secum
Et galeas: & equos: ensesque: & tela ferentes
Post currus phrygia sudantes cęde sequuntur:
It lachrymans & ducit equum docta arte metiscus
Rorantem: & fletu madidum qui uexerat ante
Victorem turnum atque hostili strage furentem.
Hinc alii uersa arma gerit: tum cetera pubes
Flens sequitur: largisque humectat pectora guttis:
Et iam fessi ibant per muta silentia noctis
Cedentis sese: gressumque in tecta latinus
Flexerat ingenti turbatus funere mentem
Vna omnes lachrymas: matres: puerique: senesque:
Fōdebant męstam implentes mugitibus urbem.
Inscius ad tantos daunus superesse dolores
Et gnatum extremo cōsūptum marte superbam
Effudisse animam: largisque ad męnia duci
Cum lachrymis: alios gemitus curasque fouebat
Nanque ex diuersa caderent dum parte latini:
Et calido turnus fedaret sanguine terram
Vrbem ingens flamma: & muros inuaserat altos
Fumabatque rutis miseri patris ardea tectis:
Et tota in cinerem uergebat: & astra fauillę
Altiuolę implębant: nec spes plus ulla salutis

Siue quidem sic diis pacitum esset seu precia turni
Signũ ut fata darent horrendo marte perempti.
Extemplo cõcussi animos: turbataque ciues
Pectora cędẽtes miserãdę sortis iniquum
Deflebãt casum: longoque ex ordine matres
Atque auidos totis fugiebãt uiribus ignes:
Ac ueluti cum nigra cohors posuere sub alta
Arbore et infixa radice cubilia longo
Formicę instãtes operi sin dura securis
Incubat uersoque infrigat culmine parras
Sęua casas mox certatim sese agmine sparso
Corripiũt męstaque fuga: trepidęque ferũtur
Et ueluti ignitum testudo euersa calorem
Cum sensit lucta ta diu: pedibusque renitens
Caudã agitansque caput magna ui cedere tentat.
Aestuat: & multa insidians conamina miscet.
Haud aliter miseri per tanta pericula ciues
Iactabant sese: & turbata mentę ferębant.
Ante omnes senio cõfectus ad ęthera uoces
Fũdebat querulas daunus: superosque uocabat.
Tũ uero e mediis uisa est consurgere flãmis
Percussisque ales uolitare per aera pennis
Iudicium nomenque urbis uersę ardea seruans:
Et cui sublimes stabant in męnibus arces
Mutata effusis nunc circumlabitur alis
Attoniti nouitate omnes: monitisque deorum
Haud paruis confusi humeros atque ora tenebant.
At daunus patrię ardenti concussus amore
Euersę: duros gemitus sub corde pręmebat.
Hęc inter magno uolitans pręnuncia motu
Fama ruit: latisque animos clamoribus implet
Aduentare nouum multo cum milite funus:
Et turnum exanimem: & lętali uulnere uictum.
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes
Incensas ex more faces: ardentibus agri
Collucẽt flãmis: de hinc se ueni euntibus addũt
Quos postquam toto uidere ex agmine matres
Percussis uocem palmis ad ęthera tollunt.
At daunus cari ut patuerunt funera nati
Substitit: & demum ingenti correpta dolore
Ora mouens medium sese furibundus in agmen
Proripuit: turnũque super prostratus & hęrens:
Quamprimũ fari potuit: sic edidit ore.
Natę patris dolor: & fessę miseranda senectę
Rapta quies: quo me tantis iactate periclis
Duxisti: & sęuis tandem deuictę sub armis
Quo tua me pręstaus animi constantia uexit.
Hic clarę uirtutis honos: & gloria sceptri:
Hoc magni decus imperium. tales ne triumphos
Nate refers. hęc illa quies promissa parenti
Afflicto totiens. hęc meta optata laborum.
Heu miserum quam pręcipites labentia casus
Secla agitant: quanto uoluuntur fata tumultu:
Qui iam sublimes referebas clarus honores:
Et magnus toto in latio: quem troes in armis
Horrendum: & trepidi totiens sensere furentem:
Nunc mi turne iaces miserandum: & flebilę corpus:
Iam mutum est sine uoce caput: quo pulchrior alter
Non fuit in tota ausonia: nec gratior ullus
Eloquio: nec quis positis ingentior armis
Nate ubi forma nitens. niueaque in fronte serenus
Ille decor: dulcisque oculorum aspectus: et altę
Sydereus ceruicis honos: his gloria martis
Contigit auspiciis: tali rediture paratu
Discedens uoluisti auidis te credere bellis.
Heu mortem inuisam: que sola ultricibus armis
Elatos frenas animos communia toti
Genti sceptra tenens: ęternaque fędera seruans:
Quę magnos paruosque teris: quę fortibus ęquas
Imbelles: populisque duces: seniumque iuuentę.
Heu mortem obscuram quę causa indigna coegit
Eripere atque meum crudeli uulnere natum
Afficere: o felix tam grato cędis amata
Successu lętare tuę: quę tanta dolorum
Fugisti monumenta: grauisque imania casus
Pondera. quid misero genitori plura paratis
O superi. natum rapuistis: et ardea flammis
Consumpta in cinerem uersa est: nunc ęthera pennis
Verberat. ah me turne tua plus cęde cruenta.
Deerat adhuc sors ista patris suprema senectę.
At uero talis cum res cum fędere uersant
Vt quem infesta furens miserum fortuna moratur
Illum omni petat infrendens: et turbine cogat
Dixerat et multa illachrymans largo ora rigabat
Imbre: trahens duros gemitus rabidosque dolores:
Qualis: ubi incubuit ualidis iouis unguibus ales:
Et paruum effuso diuulsit sanguine fętum
Cerua uidens: miseri turbantur funere nati.
Postea lux latum splendore impleuerat orbem.
Tunc pater infractos fatali marte latinus
Defecisse uidens italos. totamque potenti
Cedere fortunam enee: bellique tumultum:
Ingentisque animo curas: et fędera uoluens
Connubii promissa suę natęque hymenęos.
Pręstantes uocat electos ex agmine toto
Mille uiros: qui dardanium comitentur ad urbem
Spectautum uirtutu ducem: iungitque togatos
Multa oratores memorans: et euntibus ultro
Imperat ut quando auspiciis: monitisque deorum
Troianam miscere italo cum sanguine gentem
Expediant: placido intersint animoque reuisant:
Aeneadasque uehant alta intra męnia lęti
Interea ipse urbem labefactam. et uulgus inerme
Componit: solidatque animos: requiemque futuram
Spondet: et ęternam uentura in secula pacem
Inde iubet meritos turba plaudente triumphos
Sublimesque domus fieri regalis honores:
Atque alacris mouet unanimes ut fronte serena
Occurant genero uenienti & pectore toto
Excipiant gentem iliacam: magnisque receptent
Plausibus optatęque effundat pacis amores
Iamque instructa cohors teucrorum castra subibat
Cincta comas ramis oleę: pacemque rogabat.
Quam bonus ęneas ad se intra regia duci

Tecta iubet causamque uiri placido ore requirit.
Tunc senior sic incipiens ardentia drances
Verba mouet nimiu erepti pro funere turni
Exultans: o troianę dux inclyte gentis:
Gloria spesque phrygum: quo nec pietate. nec armis
Maior in orbe fuit: uicti obtestamur & omnes
Iuramus diuosque deasque inuitus in unum
Conflatum uidit latium & temerata latinus
Fędera nec phrygios nunquam turbauit honores:
Quin natę quando superum sic uota ferebant
Connubia: & generum magno te optabat amore.
Sed quicquid tanto armorum flagrante tumultu
Tantorum furiisque operum: atque laboribus actum est
Id rapidus turni: & stimulis incensus iniquis
Confectusque odiis furor attulit ille negantes.
Inuitasque dedit latias in pręlia gentes.
Illum omnis conuersa cohors poscebat ut armis
Cederet: & magnum sineret succedere pactis
Connubiis anchisiadem: inde optimus ambas
Iūgebat palmas defessa ętate latinus
Infractus: nimioque ardentem marte rogabat.
Nec nostrę potuere preces inflectere durum:
Nec diuum portenta: animum quin acrius ignem
Spumabat ferus ore mouens: bellumque ciebat.
At uero dignum inuenit pro talibus ausis
Exitium qui te tandem uictore momordit
Nigrantem prostratus humum: nunc improbus ędes
Tartareas uisurus eat: quęratque sub imo
Nunc alias acheronte acies: aliosque hymenęos:
Tu melior succede bonis laurentibus hęres.
In te omnis domus: et fessi inclinata latini
Spes iacet unum omnes itali super aurea mitti
Sydera: et ingentem bello: et cęlestibus armis
Extollunt: et uera canunt pręconia uoces
Te grauium ueneranda patrum consultaque turba:
Inualidique ętate senes te lęta iuuentus:
Et cupidę matres: pueri innuptęque puellę
Vnanimes ęquo ore uolunt: turnumque sub armis
Exultant cecidisse tuis: te tota precatur
Ausonia: et claris prestantem laudibus effert.
In te unum conuersi oculi: pater ipse latinus
Iam senior sola hęc longęuę munera uitę
Qui gnatam tibi iungit habet: generique nepotes
Troianos italo admixtos in secula mittat.
Ergo age magne ueni teucrorum ductor. & altos
Ingredere et celebres cape quos spondemus honores
Finierat: cunctique eadem simul ore fremebant:
Quos pius ęneas hilari cum fronte receptos
Prosequitur paucis: et amico pectore fatur.
Nec uos: nec placida solitum sub pace latinum
Arguerim: uerum infesti uiolentia turni
Tantum opus haud dubito: et tanti discrimina martis
Conciuit iuuenilis enim plus laudis amore.
Quicquid id est tamen ausonii nil pacta recuso
Connubia: et sanctam ęterno cum fędere pacem
Iungere. rex idem imperium: et ueneranda tenebit
Sceptra socer. statuentque mei mihi męnia teucri:
Et nomen natę urbis erit: sociosque penates
Adiiciā: communes in secula leges:
Concordesque ingenti animo mittetis amore.
Interea quod restat adhuc imponite flammis
Corpora: quę duri miseranda infantia belli
Arripuit. dehinc quam primum crastina surget
Clara dies: lęti laurentia tecta petemus.
Dixerat: et tanto affatu conuersa tenebat
Ora simul: stupefacti omnes: et apertius ingens
Mirantes pietatis opus: mox robore toto
Congestas rapuere pyras. ignemque repostis
Ciuibus immisere. altumque sub ęthera fumus
Euolat: atque atris cęlum sublime tenebris
Conditur: innumeras ex omni rure bidentes
Glaudilegosque sues iugulant: pinguesque iuuencos
Immittuntque rogis latos incendia campos
Euudant: fremit impulsus clamoribus aer.
Iamque sequens clarum extulerat lux aurea phębum
Tunc teucri ausoniique omnes mixto agmine lęti
Consedere in equis et gressum ad tecta mouebant
Laurenti: atque altis erectam męnibus urbem.
Ante omnes pius ęneas post ordine drances
Multa duci senior memorans: dehinc unica proles
Ascanius: multumque animi maturus alethes:
Et grauis ilioneus mnestheusque acerque serestus
Sergestus fortisque gyas fortisque cloanthus.
Post alii mixtim que itali teucrique sequuntur.
Interea effusi stabant per męnia ciues:
Sublimisque alta statuebant laude triumphos
Troianam cupido expectantes pectore turbam:
Et iam aduentabant quos lęta fronte latinus
Occurrens magna excepit comitante caterua:
At postquam medio uenientem ex agmine uidit
Dardanium ęneam haud uera illusit imago.
Nanque omnes super excellens atque altior ibat.
Et late regalem oculis spargebat honorem
Sydereis: tunc quam primum data copia fandi est:
Et uoces capere atque optatas iungere dextras
Incipit. et prior affatur placido ore latinus.
Venisti tandem: cupidum nec fixa fefellit
Spes animum: lux troianę clarissima gentis:
Magnorum quem iussa deum tot casibus actum
Italiam: et nostris uoluerunt sistere tectis.
Quanqam humana furens nimis ausa licentia sanctas
Turbarit leges: et diuum excuerit iras
Quin etiam inuictum totiens meque arma negantem
Tradiderit duri perferre pericula martis.
Factum etenim: sed nec paruo sat numina iustas
Indignata animis misere ultricia pęnas.
Nunc age magne phrygum ductor quando ōis origo
Seditionis abest: et tanti criminis auctor.
Connubiis succede: et promissis hymenęis.
Sunt mihi regna: iacent erectis oppida muris.
Sola autem fessę spes unica nata senectę
Te generum et natum tempus complector in omne.
Quem contra bonus ęneas rex maxime nullam
In te horum causam armorum tantique tumultus

Crediderim placide assueto sub tempore pacis.
Et si qua est pone hanc curam pater optime queso
Nunc adsum: et patrem et socerum te letus in omnis
Accipio casus: magni mihi surgit imago
Anchisę: & rursũ ardebo genitoris amore:
Talibus orabant inter se: & tecta subibant
Regia: cũ studio effusę matresque nurusque
Longęuique patres stabant: innumeręque cohortes
Pulchra reuisentes troianę corpora gentis.
Ante omnes magnum ęneam: cupidoque notabãt
Altũ animo genus: & prestantem frontis honorem
Quęsitamque alacres pacemque optata quietis
Munera laudabãt: ceu quando longus & ingens
Agricolis tenuit resolutis nubibus hymber
Suspensos: curuumque diu requieuit aratrum.
Tũc si clarus equos spacioso limine titan
Laxet: & aurato cęlum splendore serenet
Letitia exundant: & sese hortantur agrestis.
Non secus ausonii tam lęto in tempore rerum
Composuere animos: & iam rex alta latinus
Atria regalesque aditus intrarat: & una
Optimus ęneas: sequitur quem pulcher iulus:
Dehinc itali mixtique phryges: tum splendida lato
Applausu: & magno complectur regia cetu.
Hęc inter matrum innumera nurumque caterua
In medium comitata uenit lauinia uirgo.
Sydereos deiecta oculos. quam troius heros
Virtute & forma ingentem mirabile dictu
Vt uidit: primo aspectu stupefactus inhęsit.
Et secum turni casus miseratus acerbos
Qui haud parua spe ductus ouans in prelia tantos
Ciuisset motus: durisque assiset in armis:
Tum uero eterno iunguntur fędere nexu
Connubii: & multa canũt cum laude hymenęos:
Dehinc plausus fremitusque altum super aera mittunt:
Et lętam uocem per regia tecta uolutant.
At fidum interea ęneas affata achatem:
Vadat: & andromache quondam data munera uestes
Intextas auro ferat: & quod sępe solebat
Dum res troianę stabant circũdare collo
Auratum geminis circumspectumque monile.
Preterea magnum cratera in pignus amoris:
Quem priamus patri anchisę donauerat olim
Nec mora iussa sequens pulcherrima portat achates
Munera: tunc socer ingentem cratera latinus
Donatum capit: ac coniunx lauinia uestes
Atque monile decens placido dehinc pectore sese
Demulcent uariisque trahunt sermonibus horas:
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis
Poscebant: mox regali conuiuia luxu
Effundũt latosque alta intra tecta paratus:
Cõuenere omnes strato discumbere in astro
Deliciis iussi & dapibus se inserere futuris.
Dat manibus chrystallus aquas: mensisque reponunt
Flauentẽ cererem: suum lęta fronte ministri
Innumeri magno distinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit mensas: pars pocula miscet:
Craterasque replet: nunc hac nunc uoluitur illac
Turba frequens: uarios miscentque per atria motus.
At puerum pater immotis spectabat iulum
Luminibus: uultũ admirans moresque latinus
Et grauiter puerili ex more cadentia uerba:
Maturũque animũ ante annos: & multa rogabat
Permixtas referens uoces. de hinc oscula figens
Dulcia complexum manibus iunctumque fouebat.
Et nimium exultans fęlicem: & munere diuum
Donatum ęnea pro tali prole ferebat.
Postquam epulis cõprẽssa fames: traducere longam
Incipiunt fando: & labentem fallere noctem:
Nunc duros troię casus gentesque pelasgas.
Nũc fera laurentis memorãtes prelia pugnę:
Quo primum diffusę acies: quo tela uicissim
Pulsa loco: qui primus ouans inuaserit agmen.
Fulmineũque ardens in equo male fecerit ensem:
Precipue tros ęneas seniorque latinus.
Magnorũ heroum latiique antiqua potentis.
Gesta recẽsebãt: fugientẽque horrida gnati.
Arma sui saturnum italis latuisse sub oris.
Hinc latium dixisse: genusque in montibus altis.
Composuisse uagum: legesque & iura dedisse:
Et bacchi: & frugum cultus: de hinc tecta secutum.
Esse paterna iouem: utque electra atlantide cretus.
Iasio ideas cęso phrygię isset ad urbes.
Dardanus ex chorito multa cum gẽte profectus.
Vtque insignẽ aquila dono & ioue patre superbus.
Hectoreę gentis signum: illustresque tulisset.
Primus auum titulos troianes stirpis origo
Talibus: atque aliis inter se longa trahebant
Tempora: tum fremitus lętęque per atria uoces.
Alta uolant: strepitu ingenti tectum omne repletur.
Dant lucem flammę: & lato splendore coruscant
Consurgũt phryges & cithara resonante sequũtur
Ausonii: & plausum ingeminant: seque agmine toto
Permiscent. uariantque pedes: raptumque feruntur.
Et iam festa nouem largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies: tum maximus heros
Aeneas urbem curuo signabat aratro:
Fundabatque domos: & amictas aggere fossas.
Ecce autem fatu haud paruum diffundere flamma
Ingentem: & fulgore leuem: & se nubibus altis
Miscetem summo lauinia uertice uisa est.
Obstupuit pater ęneas. duplicesque tetendit
Ad cęlum cum uoce manus si iuppiter unquam
Gens monitus troiana tuis: terraque: marique:
Paruit imperiisque libens. si numina uestras:
Si merui coluique aras: per si quid agendum est
Quod restat placidam fęlici afferte quietem
Augurio: & firmate: malisque imponite finem
Talia iactantem circunstitit aurea mater
Seueremque confessa: almo & sic edidit ore
Gnate animo pone hanc curam: & meliora capesse
Signa deum gaudensque bonis succede futuris:
Nũc tibi parta quies: nunc meta extrema malorum:
Nũc tandem optatam cõposuit sęcula pacem.

Nec flammam ad cęlos perlatam e uertice carę
Coniugis horresce: at constantem dirige mentem
Namque erit illa tuum celebri quę sanguine nomen
Troianosque auctura duces ad sydera mittat.
Hęc tibi magnanimos sublimi prole nepotes
Conferet, egregiis totum qui laudibus orbem
Complebunt, totumque sua uirtute potentes
Sub iuga uictoresque trahent quos gloria summo
Occanum transgressa ingens ęquabit olympo.
Quos tandem innumera ardens post illustria rerum
Gesta deos factura uehet super ęthera uirtus.
Hanc flammam uentura tuę pręconia gentis
Designant: hoc omnipotens e culmine signum
Sydereo dedit: at tantarum in munere laudum
Quam statuis dicas a nomine coniugis urbem.
Pręterea sacros troia ex ardente penates
Ereptos compone noua intra męnia: & altos
Infer ad ęternum mansuros tempus honores.
Hi tibi mira feram tanto urbis amore trahentur
Vt uecti, ad sedes alias loca prima latini
Sponte sua repetent: iterum: iterumque reuersi
O felix quem tanta manent: dehinc pace tenebis.
Sub placida gentem iliacam post fessus: & ęuo
Confectus tandem elysias socer ibit ad umbras
Succedes sceptro: atque italis dominabere: leges
Cõmunes teucrisque ferens: tum lętus ad altum
Te mittes cęlum. sic stat sententia diuum.
Dixit: & inde leues fugiens se uexit ad auras.
Aeneas tanto stupefactam nomine mentem
Percussus: diuę peragit mandata parentis.
Et iam compositos fęlici in pace regebat
Dardanides: & iam decedens scepera latinus
Liquerat: & pius ęneas successerat omnem
Ausoniam: lataque potens ditione tenebat.
Iam paribus phryges: atque itali se moribus ultro
Et socia ingenti firmabant pectora amore.
Concordique ęquas miscebant fędere leges.
Tum medio uenus exultans se immisit olympo
Ante iouem: complexa pedes sic ore locuta est.
Omnipotens genitor qui solus ab ęthere summo
Cuncta moues: qui res hominum curasque recenses
Dum teucros traheret fortuna inimica recordor
Spondebas finem erumnis: rebusque salutem:
Nec tua me promissa pater sententia fallit.
Namque omnes gaudere sacra tris pace per annos
Viderunt italę nullo discrimine partes
Verum ad sydereę missurum culmina cęli
Pollicitus magnum ęneam: meritũque ferebas
Illaturum astris: quid nunc sub pectore uersas.
Iamque optat matura polos ęneia uirtus.
Olli hominum sator atque deum dedit oscula ab alto
Pectore uerba ferens: q̃tum cytherea potentem
Aeneam ęneadasque omnes infessus amaui:
Et terra. & pelago: & per tanta pericula uectos
Nosti & sępe equidem indolui cõmotus amore
Gnata tuo: tandemque malis iunone secunda
Imposui finem. nunc stat sententia mentis:
Qua ductorem alta phrygum succedere cęlo
Institui: & firma est: numeroque inferre deorum
Constat: & id concedo libens tu si quid in ipso
Mortale est ad me: atque astris ingentibus adde:
Quin si alios sua habet uirtus: qui laude perenni
Accingant se se gestis prestantibus orbem
Exornent. illos rursum super ęthera mittam.
Assensere omnes superi: nec regia iuno
Abnuit: at magnum ęneam suadebat ad altum
Efferri cęlum: & uoces addebat amicas.
Tum uenus aerias descendit lapsa per auras.
Laurentumque petit uicina numicius undis
Flumineis, ubi currit in ęquora harundine tectus:
Tunc corpus gnati abluere: & deferre subundas
Quicquid erat mortale iubet: dehinc lęta recentem
Fęliceque animam secum super aera duxit:
Immisitque ęneam astris: quem iulia proles
Indigetem appellat: templisque imponit honores.

Alcinii Versus.

De numero uatum si quis seponat homerum:
  Proximus a primo: tum maro primus erit.
Et si post primum maro seponatur homerum:
  Longe erit a primo quisque secundus erit.

Cornelii Galli Versus.

Temporibus lętis tristamur maxime cęsar
  Hoc uno amisso quem gemo uirgilium
Sed uetuit relegi: si tu patiere libellos
  In quibus ęneam condidit ore sacro
Roma rogat: precibus eternum tibi supplicat orbis:
  Ne pereant flammis tot monumenta ducum
Atque iterum troiam: sed maior flamma cremabit
  Fac laudes italum. fac tua facta legi.
Aeneamque suum fac maior nuncius ornet:
  Plus fatis possunt cesaris ora dei.

.P.V.M. Hortulus.

Adeste musę maxumi proles iouis
  Laudem feracis prędicemus hortuli.
  Hortus salubres prębet corpori cibos:
  Variosque cultus sępe cultori refert:
  Holus suaue: multiplex herbę genus:
  Vuas nitentes: atque fętus arborum.
  Non deest hortis & uoluptas maxuma:
  Multisque cõmixta modis iucunditas.
  Aquę strepentis uitreus lambit liquor:
  Sulcoque ductus irrigat riuus sata:
  Flores nitescunt discolore gramine:
  Pinguntque terras gemmeis honoribus:
  Apes susurro murmurant gratę leni.
  Cum summa florum uel nouos rores legunt.
  Fęcunda uitis coniuges ulmos grauat:
  Textas ue inumbrat pampinus harundines.
  Opaca prębent arbores umbracula.
  Prohibentque densis feruidum solem comis.
  Aues canoros garrulę fundunt sonos:
  Et semper aures cantibus mulcent suis.
  Oblectat hortus: auocat: pascit: tenet.

Animoque mesto demit langores graues.
Membris uigorem reddit. & uisus capit.
Refert labori pleniorem gratiam.
Tribuit colenti multiforme gaudium

De Vino Et Venere

Nec ueneris: nec tu uini capiaris amore:
Vno namque modo uina: uenusque nocent.
Vt uenus eneruat uires sic copia uini.
Et tentant gressus debilitantque pedes.
Multos cęcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sępe petit ferus exitiale cupido.
Sępe manus itidęm bacchus ad arma uocat.
Perdidit horrendo troiam uenus improba bello:
Et lapithas bello perdis iacche graui
Denique cum mentes hominum furiarit uterque
Et pudor: & probitas: & metus omnis abest:
Compedibus uenerem: uinclis constringe lyęum:
Ne te muneribus lędat uterque suis
Vina sitim sedant: natis uenus alma creandis.
Sed fines horum transiluisse nocet.

De Liuore.

Liuor tabificum malis uenenum
Intactis uorat ossibus medullas:
Et totum bibit artubus cruorem:
Quod quisque furit inuidetque sorti
Vt debet sibi penas semperque ipse est.
Testatur in gemitu graues dolores:
Suspirat gemit: incutitque dentes:
Sudat frigidus intuens quod odit:
Effundit mala lingua uirus atrum
Pallor terribilis genas colorat
Infęlix macies renudat ossa.
Non lux: non cibus est suauis illi:
Nec potus iuuat: aut sapor lyei.
Nec nisi pocula iupiter propinet.
Atque hęc porrigat & ministret hebe.
Aut tradat ganymedes ipse nectar.
Non somnum capit. aut quiescit unquam:
Torquet uiscera carnifex cruentus.
Vesanos tacitos mouet furores.
Intentans animo faces erinnys.
Et talis tytii quo uultur intus
Qui semper lacerat comesti mentem.
Viuit pectore sub dolente uulnus.
Quod chironia: nec manus leuaret:
Nec phębus: soboles ue clara phębi.

De Cantu Sirenarum.

Sirenes uarios cantus acheloia proles:
Et solis miseros ore ciere modos.
Illarum uoces: illarum musa mouebat.
Omnia quę thimele carmina dulcis amat
Quod tuba: quod litur: quod cornua rauca fuerunt:
Quodque foraminibus tibia mille sonat.
Quodque leues calami quod suauis cantat aedon
Quod lyra: quod cithara quod moribundus olor
Illectos nautas dulci modulamine uocis.
Mergebant auide fluctibus ioniis:
Sanguine sisyphio generatus magnus ulyxes:
Et tutos solida prestitit arte suos:
Illeuit cera sociorum callidus aures
Atque suas uinclis prębuit ipse manus:
Transiluit scopulos & inhospita littora classis:
Illę pręcipites dissiluere freto.
Sic blandas uocis notas: ac carmina uicit:
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

Eiusdem

Clarus inoffenso procedat lumine titan:
Lętificusque dies eat omnibus ęthere puro.]
Vosque simul iuuenes animis & uoce fauentes
Concelebrate diem uotis felicibus almum:
Prosper ut is semper redeat uatique quot annis
Asmenidę referant alacres sua munera nati.

De Fortuna.

Fortuna potens: tantum
Iuris atrox quę uendicas
Euertisque bonos; eligis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa uiros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitiis beat.
Hęc aufert iuuenes: & retinet senes
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit transit ad impios.
Nec discrimen habet: rectaque iudicat:
Inconstans fragilis perfida lubrica.
Nec quos clarificat perpetuo fouet.
Nec quos deserit perpetuo premit.

De Orpheo.

Threitius quondam uates
Fide creditur canora
Mouisse sensus trium ferarum:
Atque omnes tenuisse uagos:
Et surda cantu concitasse saxa.
Suaui sonoque modo testudinis
Arbores secutas umbram ferunt prębuisse uati:
Sed placidis hominum dictis
Fera corda mitigauit:
Doctaque uitam uoce temperauit:
Iustitiam docuit: cętu quoque congregauit uno:
Moresque agrestes exspoliauit orphęus.

De Seipso.

Mellifluum quisquis romanum nescit homerum
Me legat: & lectum credat utrumque sibi.
Illius immensos miratur grecia campos.
At minor est nobis: sed bene cultus ager.
Non miles: pastor curuus non defit arator.
Hęc grais constant singula: trina mihi.

De Aetatibus Animalium

Per binos deciesque nouem superexit in annos
Iusta senescentum quos implet uita uirorum.
Hos nouies superat uiuendo garrula cornix:
Et quater egreditur cornicis sęcula ceruus:

Alipedem ceruum ter uicit coruus: & illum
Multiplicat nouies phenis reparabilis ales:
Quam uos perpetuo decies peruertimus euo:
Nymphę hamadryades: quarũ longissima uita est
Hęc cohibet fines uiuacia fata animantum.
Cętera secręta nouit deus arbiter eui.

De Ludo.

Sperne lucrum uexat mentes uesana libido
Fraude carere graues: ignari credite doctis:
Lusuri numos animos quoque ponere debent.
Irasci nemini uictos placet optime frater.
Ludite secure quibus est ęs semper in arca
Siquis habet numos ueniens exibit inanis.
Lusori cupido semper gauis exitus instat
Sancta probis pax est: irasci desine uictus.
Nullus ubique potest felici ludere dextra.
Initio furiis ego sum tribus addita quarta.
Plecte truces animos: ut uere ludere possis.
Ponite mature bellum precor: ira que cesset.

Monostica De Ærumnis Herculis

Prima cleonęi tolerata erumna leonis:
Proxima lernęam ferro et face contudit hydram:
Mox erymantheum uis tertia perculit aprum
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui:
Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quinto:
Threiciam sexto spoliauit amasona baltheo.
Septima in augeis stabulis impensa laboris.
Octauo expulso numeratur adorea tauro.
In diomedis uictoria nona quadrigis,
Geryone extincto decimam dat hiberia palmam
Vndecimum mala hesperidum distracta triumphum.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

Argumenta. xii. Librorum Aeneidos

Aeolus immittit uentos iunone precante
Troianosque uagos libycas expellit in oras:
Solatur uenerem dictis pater ipse dolentem:
Aeneam recipit pulchra carthagine dido:
Cui uenus ascanii sub imagine mittit amorem:

Secundi

Cogitur ęneas bellorum exponere causas.
Graiorumque dolos: et equum fraudemque sinonis:
Excisamque urbem: priamique miserrima fata:
Vtque patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit: claramque amiserit ipse creusam.

Tertii

Post casum troię fabricata classe superstes
Vela dat ęneas: urbemque in littore thraces
Mox aliam pulsus cretęis condidit oris.
Cedit et hinc, helenumque uidet: pręceptaq; sumit
Aetnęum cyclopa fuit: sepelitque parentem

Quarti

Ardet amore graui dido: soror anna suadet
Nubere, iunguntur nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus hiarbas.
Nauigat ęneas iussu iouis: illa dolore
Impatiens: et amore necem sibi protinus infert.

Quinti

In siculas iterum terres fortuna reducit
Aeneam: tumuleque patris persoluit honorem:
Tum cogit naues incendere troadas iris
Troes ibi linquunt socios. uenus anxia placat
Neptunum: somnus palynurum mergit in undas:

Sexti

Sacratam phębo cumarum fertur in urbem
Rex phrygius: uatisque petit responsa sibyllę.
Misenum sepelit: post hęc adit infera regna.
Congressusque patri discit genus omne suorum.
Quoque modo casus ualeat superare futuros.

Septimi

Tandem deueniunt laurentia troes in arua:
Et pace accepta leti noua męnia condunt.
Nocte satam iuno furiam Iuocat. illa latinos.
Inter et ęneadas bellum serit: et ciet arma
Protinus auxiliis terra instruit itala turmas.

Octaui

Vidit ut ęneas summa ui bella parari.
Arcadas euandrumque senem sibi fędere iungit:
Dardanioque duci sociatur hetruria tota.
Arma petit genitrix: dat mulciber: in clypeoque
Res pingit latias: et fortia facta nepotum.

Noni

Ad turnum propere iunoni mittitur iris:
Infestatque animos: aciem mouet ille: phrygasque
Obsidet. inde igni euersa est ęneia classis.
Euryalus. nisusque ruunt: nece prelia noctis.
Vi turnus potitur castris: impellitur inde.

Decimi

Placat et uxorem dictis et iurgia natę.
Iuppiter: auxiliis instructus troius heros.
Aduenit: occurunt populi atque in littore pugnant
Occidit a turno pallas: uictorque superbus.
Aenee eripitur. mezentius interit acer.

Vndecimi

Occisis proprium pars utraque reddit honorem:
Supplicibus calydone satus negat arma latinus:
Cum turno alterno iurgat certamine drances.
Aeneas equitem pręmittit. et obuia uirgo.
Excipit: extincta rutuli dant terga camilla.

Duodecimi

Troianis rutulisque placet coniungere fędus.
Id rutuli rumpunt: nato uenus alma medetur.
Dictamo: rutulique ruunt periuria uicti.
Cogitur ęnee dauni concurrere proles.
Palantea necem misero dat cingula turno.

P. V. M. De Musarum. inuentis

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat męsta boatu.
Comica lasciuo gaudet sermone thalia.
Dulciloquis calamos euterpe flatibus urget.
Terpsichore affectus citheris mouet imperat auget
Plectra gerens erato saltat pede: carmine uultu:
Carmina calliopę libris heroica mandat.

Vrania polimotus scrutatur: & astra:
Signat cuncta manu loquiturque polymnia gestu
Mentis apollinis uis has mouet undique musas
In medio residens complectitur omnia phębus.
Clio historias inuenit: melpomene tragędias.
Thalia comędias. euterpe tibias. terpsichore
Psalterium. eratho geometriam. calliope litteras.
Vrania astrologiam. polymnia rhetoricam.

Elegia in Męcenatis obitu: quę dicitur Virgilii: quum non sit.

DEfleram iuuenis tristi modo carmine fata.
Sunt etiam merito carmina danda seni.
Vt iuuenis deflendus erat: tam candidus: & tam
Longius annoso uiuere dignus auo.
Irreligata ratis nunquam defessa carina
It redit in uastos semper honusta lacus:
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta.
Non oblita rapit sed tamen illa senes.
Nec mihi męcenas tecum fuit usus amici
Illius: hoc ergo conciliauit opus.
Fidus eras nobis: nam propter cęsaris arma
Cęsaris & similem propter in arma fidem:
Regis eras genus hetrusci: cęsaris almi.
Dextera romanę tu uigil urbis eras.
Omnia quum posses: tanto tam charus amico:
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta phębus donauerat artes,
Tu decus & laudes: huius & huius eras.
Vincit uulgares uincit berillus harenas:
Littore in extremo quas simul unda mouet.
Quod discinctus eras: animo quoque carpitur uno
Diluuii ac nimia simplicitate tua.
Sic illi uixere quibus fuit aurea uirgo:
Quę bene pręcinctos post modo pulsa fugit.
Inuide quid tandem tunicę nocuere solutę.
Aut tibi uentosi quid nocuere sinus.
Num minus urbis erat custos: & cęsaris hospes.
Num tibi non tutas fecit in urbe uias.
Noctę sub obscura quis te spoliauit amantem:
Quis tetigit ferro durior ipse latus.
Maius erat potuisse tamen: nec uelle triumphos
Maior res magnis abstinuisse fuit.
Maluit umbrosam quęrcum nymphasque canentes:
Paucaque pomosi iugera certa soli.
Pierides phębumque colens in mollibus hortis
Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmora meonii uincunt monumenta libelli:
Viuitur ingenio: cętera mortis erunt.
Quid faceret. defunctus erat: comes ire piger idem
Miles & augusti fortiter usque pius.
Illum piscosi uiderunt saxa pelori.
Ignibus hostilis reddere ligna ratis:
Puluere in emathio fortem uidere philippi
Quam tunc ille tener tam grauis hostis erat.
Cum freta niliacę texęrunt lata carinę,
Fortis erat circum: fortis & ante ducem
Militis eoi fugientis terga secutus
Territus ad nili dum fugit ille caput.
Pax erat: hęc illos laxarunt ocia cultus.
Omnia uictores marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno:
Postquam uictrices conticuere tubę.
Hic modo miles erat: ne posset fęmina romam
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos tantum curauerat arcum
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos postquam deuicimus indos
Potasti galea dulce iuuante merum:
Et tibi securo tunicę fluxere solutę.
Te puto purpureas tunc habuisse duas:
Sum memor & certe memini sic ducere thyrsos
Bacchica purpurea candidiora niue.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus: & auro.
Serpentes hederę uix habuere locum.
Argentata tuos etiam sandalia talos
Vinxerunt: certe: nec puto bacche negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus:
Et tibi consulto uerba fuere noua.
Impiger alcide multo defuncte labore
Sic memorant curas te posuisse tuas.
Sic tecum tenera lętum lusisse puella
Oblitum nemeę iamque erymanthe tui.
Vltra nunquid erat. torsisti pollice fusos.
Lenisti morsu leuia fila parum.
Percussit crebros te propter lydia nodos:
Te propter dura stamina rupta manu.
Lydia te tunicas iussit lasciua fluentes
Inter lanificas ducere sępe suas.
Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat:
Quam pede suspenso percutiebat amor.
Quis fore credebat cum iam premit impiger infans
Hydros ingentes uix capiente manu.
Cum uere nascentem terreret uelociter hydram.
Frangeret immanes uel diomedis equos.
Vel tribus aduersis cõmunem fratribus aluum
Et sex aduersas solus in arma manus.
Fudit & aloidas postquam dominator olympi
Dicitur in nitidum procubuisse bouem.
Atque aquilam misisse suam: quę quęreret ecquis
Posset amaturo uina referre ioui.
Valle sub idea dum te formose sacerdos
Inuenit et presso molliter ungue rapit.
Sic est uictor amet. uictor potiatur in umbra.
Victor odorata dormiet inque rosa.
Victorem uictus metuat. metus imperet illi.
Membra nec in strata cernere discat humo.
Tempora dispensat usus: & tempora cultus.
Hęc homines. pecudes: hęc moderantur aues:
Lux est. taurus arat. nox est: requiescit arator.
Liberat emerito feruida colla boui.
Conglaciantur aquę scopulis se condit hirundo:
Vęrberat & gelidos garrula uęre lacus.

Cęsar amicus erat: poterat uixisse solute
Cum iam cęsar idem quod cupiebat erat.
Indulsit merito: non est temerarius ille:
Vicimus: augusto iudice dignus erat.
Ergo saxa parens postquam scylera legit:
Cyaneosque metus iam religanda ratis.
Viscera disiecti mutauit arietis agni.
Aetas: & succis amne perita suis.
His te męcenas iuuenescere posse decebat.
Hęc utinam nobis cholchidos herba foret.
Redditur arboribus florens reuirentibus ęstas:
Ergo non homini quod fuit ante reddit.
Viuacesque magis ceruos decet esse pauentes:
Si quorum in toruia cornua fronte rigent:
Viuere cornices multos dicuntur in annos:
Cur nos angusta conditione sumus.
Pascitur aurorę tithonus nectare coniunx:
Atque ita iam tremulo nulla senecta nocet:
Vt tibi uita foret semper medicamine facto:
Te uellem aurorę complacuisse uirum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili:
Tu dare purpurea lora regenda manu.
Tu mulcere iubam cum iam torsisset habenas
Procedente die respicientis equi.
Quesiuere tot iuuenem: sic hesperon illum:
Quem nexum medio soluit in igne uenus:
Quem nunc in fuscis placida sub nocte nitentem:
Luciferum contra currere cernis equis.
Hic tibi contumcasias hic donat olentis:
Hic & palmiferis balsama missa iugis.
Nunc precium candoris habes: nunc redditur umbris:
Te sumus obliti decubuisse senem.
Ter pylium fleuere suiter nestora canum.
Dicebant tamen hunc non satis esse senem.
Nestoris annosa uicissem secula: si me
Dispensante tibi stamina nempe forent.
Nunc ego quid possum: tellus leuis ossa tegito:
Pendula librato pondus & ipsa tuum.
Semper serta tibi dabimus: tibi semper odores
Non nunquam sitiens florida semper eris.
Sic est męcenas fato ueniente locutus
Frigidus & iam iam tum moriturus erat.
Me ne inquit iuuenis primeui iuppiter ante
Augustam bruti non cecidisse fidem.
Pectore maturo fuerat puer: integer euo
Et magnum magni cęsaris illud opus.
Diffidio uellemque prius: non omnia dici
Inciditque pudor quę prope dixit amor.
Sed manifestus erat moriens: querebat amatę
Coniugis amplexus oscula, uerba, manus.
Si tamen hoc satis est uixi te cęsare amicos
Et morior dixit: dum morior que satis.
Mollibus ex oculis aliquis procedet & humor.
Cum dicar subita uoce fuisse tibi.
Hoc tibi contingat iaceam tellure sub equa:
Nec tamen hoc ultra me potuisse uelim:
Sed meminisse uelim uiuam sermonibus: illic
Semper ero: semper si meminisse uoles.
Et decet: & certe uiuam tibi semper amore.
Nec tibi qui moritur desinit esse tuus.
Ipse ego quicquid ero cineres interque fauillas
Tunc ego non potero non memor esse tui.
Exemplum uixi te propter molle beate
Vnus męcenas teque ego propter eram.
Arbiter ipse fui: uoluit quod contigit esse
Pectus eram uere pectoris ipse tui.
Viue diu mi care senex: pete sydera sero.
Est opus hoc terris: te quoque uelle decet.
Et tibi succrescant iuuenes bis cęsare digni:
Sed tradant porro cęsaris usque genus.
Et tibi securo quod primum liuia coniunx
Expleat amissi munera rupta generi
Cum deus in terris diuis insignis auitis
Te uenus in patrio collocet ipsa sinu.

Epitaphia Virorum Illustrium:

Palladius.
Conditus hic ego sum: cuius modo rustica musa
Per siluas: per rus uenit ad arma uirum.
Asclepiades.
Tityron ac segetes cecini maro: & arma uirumque.
Mantua me genuit: parthenope sepelit.
Eusebius.
Virgilius iacet hic qui pascua uersibus edit.
Et ruris cultus: & phrygis arma uiri.
Pompelianus
Qui pecudes: qui rura canit: qui prelia uates:
In calabris moriens hac requiesco humo.
Maximianus.
Carminibus pecudes: & rus & bella canendo:
Nomen inextinctum uirgilius meruit.
Vitalis
Mantua mi patria est: nomen maro: carmina siluę:
Ruraque cum bellis: parthenope tumulus.
Basilius.
Qui siluas: & agros: qui prelia uersibus ornat:
Molle sub hac situs est ecce poeta maro.
Asmodianus
Pastores: uates ego sum: cui rura: ducesque
Carmina sunt: hic me pressit acerba quies.
Vonianus.
A siluis ad agros: ab agris ad prelia uenit
Musa maronis: adest nobilis ingenio.
Eugenius
Bucolica expressi: & ruris pręcepta colendi:
Mox cecini pugnas: mortuus hic habito.
Iulianus.
Hic data uirgilio requies: qui carmine dulci
Et pana: & segetes: & fera bella canit.
Hilasius
Pastores cecini: docui qui cultus in agris:
Prelia descripsi: contegor hoc tumulo.
Aliud.

Subduxit morti uiuax pictura maronem:
Et quem parca tulit: redit imago uirum.

Aliud.

Lucis damna nihil tanto nocuere poetę:
Quem pręsentat honos carminis: & plutei.

Virgilius.

Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini pascua: rura: duces.

Tristia fata tui dum fles in daphnide flacci
Docte maro fratrem diis immortalibus equas.

Pastor arator eques: paui: colui: superaui:
Capras rus hostes fronde ligone manu.

Iuppiter in celis: cęsar regit oia terris.

Tarpeo quondam consedit culmine cornix
Est bene non potuit dicere: dixit erit.
Littera rem gestam loquitur: res ipsa medullam
Verbi quam uiuax mens uidet: intus habet.
Sus iuuenis serpens casu: uenere sub imo
Sus iacet extinctus pede serpens: ille ueneno

Anguis: aper: iuuenis pereunt in uulnere morsu:
Hic fremit: ille gemit: sibilat hic moriens.

Sus: serpens: iuuenis pariter periere uicissim.
Dente perit iuuenis: serpens pede: porcus ab ictu.

Pu. Virg. Maro. De Speculo

Redditur effigies liquida cernentis in unda:
Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe.

Formam pura refert oculis spectantibus unda:
Quales obiecti speculi fulgore uidentur.

Fontis aquę redeunt simulacra imitantia uerum:
Qualia leue refert speculi cum cernimus ęquor.

Exprimit oppositas in mollibus unda figuras:
Leuati quales speculi nitor ipse remittit.

Apparet mendax illimi fonte figura:
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.

Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac ueluti speculum nitido splendore coruscans.
Spectantis faciem mundissimus assimulat fons:
Sicut in opposito speculi solet ęquore cerni.

Formā repercussus liquidarum fingit aquarum:
Qualis purifico speculorum ex orbe reducit.

Fontibus in liquidis simplex generatur imago:
Vt solet a speculo facies splendente referri.

Effigies liquido respondet ab ęquore fontis:
Qualis & a speculo simulatrix unda resultat.

Effingit species purissimus humor aquarum:
Palma uelud speculi uiuas imitantia formas.

Fonte repulsatur depicta tuentis imago:
Ceu leui in speculo solet apparere figura.

Mira Virgilii Versus Experientia.

Qua ratis egit iter iuncto boue plaustra trahuntur:
Postquam tristis hyems frigora iunxit aquas.
Sustinet unda rotam patulę modo peruia puppi:
Vt concreta gelu marmoris instar habet.
Quas modo plaustra premit undas: ratis ante secabat:
Postquam brumali diriguere gelu.
Vnda rotam patitur: celerem nunc passa carinam:
In glaciem solidam uersus ut amnis abit.
Quę solita est ferre unda rates: fit peruia plaustris:
Vt stetit in glaciem marmore uersa nouo.
Semita fit plaustro: qua puppis adunca cucurrit:
Postquam frigoribus bruma coegit aquas.
Orbita signat iter: modo qua cauus alueus exit:
Stringit aquas tenues ut glacialis hyems.
Amnis iter plaustro dat qui dedit ante carinę:
Duruit ut uentis unda fit apta rotis.
Plaustra boues ducunt: qua remis acta carina est:
Postquam diriguit crassus in amne liquor.
Vnda capax ratium: plaustris iter algida prębet:
Frigoribus sęuis ut stetit amnis iners.
Plaustra uiam carpunt: qua puppes ire solebant:
Frigidus ut boreas obstupefecit aquas.

Mira Virg. Experientia.

Thaumantis proles carianti ueste figuras
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:
Iris & insigni decorat curuamine cęlum:
Cum sol ardentes radios in nubila fecit.
Cum sol horrifico nimbos fulgore repleuit:
Apparet uarii radiis distincta coloris.
Clara sub ętherei fulget thaumantia proles
Nubibus: ut radiis pluuium sol attigit imbrem:
Et picturato cęlum uelamine cingit:
Discolor ętherei apparet nubibus iris:
Postquam flammiferi rapuerunt lumina solis:
Et cęlum uariis miranda coloribus ornat.
Vmbriferas nubes radiis ubi contigerit sol:
Luce sub aduersa uarios iacit unda colores:
Dicitur hęc iris picto spectantibus arcu:
Dum nubes radiis tetigit fulgentibus atris
Phębus: & aduerso lumen resplenduit imbri:
Tunc iacet insignes per nubila densa colores.
Mirifico nubes ambit thaumante creata:
Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida solis:
Tunc iris uario circundat nubila cinctu
Nuncia iunonis uario decorata colore.
Aethera nubificum complectitur orbe decoro:
Cum phębus radios in nubem iecit aquosam:
Nubila cum phębus perfudit lumine claro:

Tunc fit ut humor aquę suffulgeat atque colore
Sub uaria specie iaciat mirabilis arcus:
Tum radiis imbres: & aquarum pendulus humor
Frangitur: existit quam gręcia nominat iris
Multorum insignis uario splendore colorum
Iris habet uarios subiecta luce colores:
Quam sol imbriferum fulgens de luce creauit:
Cum pepulit radiis obstantia nubila claris:
Luce repentina tum sol impleuit aquosus
Aduersas nubes: effulget protinus iris
Picta ueste decens: & multicoloribus alis.

De Quattuor Temporibus Anni

Verque nouum stabat cinctum florente corona:
Stabat nuda ęstas: & spicea serta gerebat.
Stabat & autumnus calcatis sordibus uuis:
Et glacialis hyems canos hyrsuta capillos.

Vere sinum tellus aperit: floresque ministrat.
Tempore solis ager messis fert pinguis opimas:
Fecundos autumne lacus de uitibus imples.
Amnis hyems glacie currentis alligat undas.

Frigoribus pulsis nitidum uer ethera mulcet.
Scindit agros ęstas phębeis ignibus ardens.
Autumno dat hyems mixtum uicina teporem.
Albentes hęc durat aquas: & flumina uectit.

Verpingit uario gemmantia prata colore.
Ignea uestit agros culmis cerealibus ęstas.
Viribus autumnus turgentes detrahit uuas.
Frigore hyberno granidus niue nubibus ęther.

Vere uenus gaudet florentibus aurea sertis.
Flaua ceres ęstatis habet sua tempora regna.
Vinifero autumno summa est tibi bacche potestas.
Imperium sęuis hyberno tempore uentis.

Vere grauis fundit tellus com floribus herbas.
Frugiferas aruis fert ęstas torrida messes.
Pomifer autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox hyems hybernis albescit operta pruinis.

Vete nono letis decorantur floribus arua.
Et riget ęstiuis hyrsutus campus aristis.
Labra per autumnum musto spumantia feruent.
Et ponunt frondes hyemali frigore silue.

Ver placidum uario nectit de flore coronas.
Spicea serta gerit calidissima solibus ęstas.
Temporaque autumno cingunt tua bacche racemis.
Tristis hyems montes niueo uellamine uestit.

Ver agrum nitidum gemmis stellantibus ornat.
Et feruens ęstas pinguissima frugibus arua.
Mox autumnali redolet uindemia fetu
Fronde nemus male nudat hyems: annusque rigescit.

Purpureos flores humus effert uere comanti.
Et cereris donis hortescunt arua per ęstum
Bacche tuo tempus fluit autumnique liquore.
Obtegitur tellus per frigora ueste niuali.

Vere tepet picto zephyris spirantibus aer.
Decrescunt celeres ęstiuis ignibus amnes.
Temperies autumne fluit tua nectare dulci.
Perque hyemem lentus cęlo niuis aduolat hymber.

Veris honos tepidi floret: uere omnia rident.
Arua sub ęstiuis nudant torrentia labris.
Vite coronatas autumnus degrauat ulmos.
Decutit ipse rigor siluis hyemalis honorem.

Flore solum uario depingit odoriferum uer.
Falciferamque deam messes remorantur in ęstu:
Dat musto grauidas autumnus pomifer uuas.
Scytonia glacialis hyems niue cana senescit.

.P.V.M. De Ortu Solis.

Aurora oceanum crocco uelamine fulgens.
Liquerat: & biiugis uecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfundit candidus orbis:
Et clarum emicuit sol oriente iubar.
Rosida puniceo palatias exit amictu
Astrigerum inficiens luce oriente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit ab ęquoreis tethyos ortus aquis.
Extulit oceano caput aureus igniferum sol.
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere deo tenebrę: rebusque colores:
Lux iterum cunctis reddidit alma suis.
Tithoni coniunx roseo sub lumine iubar
Inficit: & cęlum lutea sydereum:
Cum sol igniferos currus e gurgite magno
Sustulit: & claris astra fugauit equis.
Nox abit astrifero uelamine cincta micanti:
Et redigit stellas: exoriturque dies.
Emicat oceano phębi rota clara relicto.
Illustrata nitent lumine cuncta suo.
Aurea fulgebat roseis aurora capillis:
Et matutino rore madebat humus.
Tethyos unda uago cum prosilit ęquore titan
Flāmiferos uultus ore micante ferens:
Exoritur phębus perfundens luce nitenti
Et maria: & terras: stelliferūque polum.
Astraque cesserunt fulgentia crinibus aureis:
Et nox sydereas occulit atra faces.
Sol oriens cursusque suos e gurgite tollens
Oceano claro reddidit orbe diem.
Flāmiferūque iubar terręque poloque reduxit:
Et pepulit radiis astra repente suis.
Memnonis ut genitrix infecerat humida cęlum:
Et roseis manibus sydera dispulerat.

Phebus atlanteis e fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum: lux que: diesque redit.
Preuia flammiferi cursus aurora rubebat:
Extuleratque alto gurgite phębus equos:
Noctiuagosque simul radiis uagantibus ignes
Depulerat cęlo: reddideratque dies.
Vix aurora suo rubefecerat ęthera curru.
Summaque canebat roribus herba nouis.
Prosilit e mediis candens rota tethyos undis:
Et uaga cesserunt sydera solis equis.
Surgit ab oceano tithoni fulgida coniunx:
Et uestē ab rosea subruit ipsa pedes.
Tum phębus radiis rutilum fulgentibus orbem
Depulit & tenebris: noxque peracta fuit.

.P.V.M. De Herculis Laboribus.

Ompressit nemeę primum uirtute leonem.
Extincta anguis quę pullulat hydra secundo.
Tertius cinctus sus est erymantius ingens.
Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.
Deicit horrisono quinto stymphalidas arcu.
Abstulit hippo'yti sexto sua uincula uitę.
Septimus augei stabulum labor egerit undis.
Octauo domuit magno luctamine taurum.
Tunc diomedis equos nono cum rege perempto.
Geryonem decimo triplici cum corpore uicit.
Vndecimo abstractus uidit noua cerberus astra
Postremo hesperidum uictor tulit aurea mala.

.P.V.M. De Littera y.

Ittera pytagorę discrimine secta bicorni
Humanę uitę speciem preferre uidetur.
Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem
Difficilēque aditum primum spectantibus offert.
Sed requiem prębet fessis in uertice summo
Molle ostentat iter uia lata: sed ultima meta
Precipitat captos: uoluitque per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus uirtutis amore
Vicerit: ille sibi laudemque decusque parabit:
Atqui desidiam luxumque sequetur inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores.
Turpis inopsque simul miserabile transiget euum.

.P.V.M. De Signis Cęlestibus.

Rimus adest aries: taurusque insignibus auro
Cornibus: & fratres: & cancer aquatile signū.
Tum leo terribilis ueniens: atq; innuba uirgo.
Libra subit: caudaque animal quod dirigit ictum:
Armatusque arcu chiron: & corniger hircus:
Fusor aquę simul: & fulgenti piscis in auro

Proditor est helles: & proditor europęus:
Et gemini iuuenes: & pressus ab hercule cancer.
Horrendusque leo sequitur cum uirgine sancta.
Libraque lance pari: & uiolentus acumine caudę:
Inde sagittiferi facies senis: & capricornus:
Et qui portat aquam puer urniger: & duo pisces.

Signorum princeps aries. & taurus: & una
Tyndaridę iuuenęs. & fęruida brachia cancri:
Herculeusque leo: nemeę pauor almaque uirgo
Libra iugo ęquali pendens: & scorpius acer
Centaurusque senex chiron & corona capri:
Et iuuenis gestator aquę: piscesque supremi.

Corniger astrorum ductor: taurusque secundus.
Tum sydus geminum: & cancri gementis imago
Truxque leo: & uirgo quę spicea munera gestat:
Et libram quam cęsar habet: chelasque minaces.
Atque arcu pollens: & falsi gurgitis hircus:
Vrnaque nimbiferi: piscisque nouissima forma.

Dux aries & frons tauri metuenda minacis.
Et ludę soboles: & cancri torridus ignis.
Terribilisque leo: species quoque uirginis almę
Momentūque sequens: caudaque timendus adunca.
Hinc tendens arcum: liquidi caper ęquoris inde
Troianusque puer: geminique sub ęthere pisces.

Nubigenum iuuenum uictor: taurique trucis frons:
Et proles duplex iouis: & nępa torrida flammis.
Aestifer inde lea mixta cum uirgine fulgens:
Quam sequitur libra: & uiolenta cuspide scuius
Semiferarcipotens subit. & capricornus aquosus:
Et cui nomen aquę faciunt: piscesque gemelli.

Corniger in primis aries: & corniger alter
Taurus: item gemini: sequitur quos cancer adustus
Terribilisque ferę species & iusta puella.
Libra simul: nigrūque ferens in acumine uirus.
Centaurusque biformis adest: pelagique puella:
Atque amnem fundens: & pisces sydus aquosūm.

Corniger dux gregis: europę quoque uictor
Et duo tyndaridę: tum cancer sole perustus:
Herculeaque manu pressus leo: & optima uirgo:
Hinc trutinę species uenit armatusque ueneno
Scorpius atque sagittifer ęquoreique caprifrons:
Quiq; urnam gerit: & pisces duo signa sub uno.

Principium signis ouium sator: inde iuuencus:
Progenies duplex: & aquatum cancer alumnus:
Pressa sub herculeis manibus fera: iustaque uirgo:
Libra subest: caudaque ferens letale uenenum
Tum geminus chiron: & corniger ęquoris altī:
Dilectusque iouis puer: & duo sydera pisces.

Dux gregis: & placidum pandens sub ęthera taurus:
Germanique pares: & cancro iam comes ęstus:
Atque leo primus labor herculis: & pie uirgo:
Libra comes sequitur minitans & scorpius ictu.
Et qui tela gerit centaurus: & ęquoris hircus.
Deucalionis aquę. & piscis postrema figura.

Velleris aurati fulget pecus aurea cęlo
Zetus: & amphion cancrique figura calentis.
Insequitur leo seuus: & almę uirginis astrum:

Hinc equale iugum caudaque uenifer unca:
Centaurusque minax arcu: & neptunia proles:
Quique refundit aquas: & piscis ultimus ordo.

Versus Ouidii.

Qualis bucolicis: quantus tellure domanda
Vitibus: arboribusque: apibus: pecorique: satisque:
Aeneadum fuerit uates: tetrasticha dicent.
Contineat que quisque liber: lege carmina nostra.

Summa Virgiliane narrationis in tribus opibus Bucolicis: Heorgicis: & Aeneade.

Pastorum musam uario certamine promit.
Ruris item dociles culturam carmine monstrat.
Arboribus uitem: prolem quoque iungit oliue.
Pastorique palen: & curam tradit equorum.
Tunc apium seriem mellis: & dona recenset.
Aeneas profugus intrat carthaginis oras.
Conuiuio series narratur troica belli.
Tertius & complet narrantis ordine gesta.
Ardet amans dido fatum sortita supremum.
Quintus habet tumuli uaria spectacula patris.
Infernos ditis manes & regna pererrat.
In latium eneas italas simul intrat in oras.
Intonat hic bellum recti de culmine turnus.
Euryalum: & nisum deflet cum matre iuuentus:
Palanti exitium: & turni deluditur orsus.
Euander urbsque simul multorum funera deflet.
Mezenti interitus canitur: post funera lausi.
Vitaque dehinc fertur telo mactata camilla.
Turni uita fugit infernas mesta sub umbras.

Nonnullorum carminum que breuiter omnē Virgilii narrationem continent finis.

.P.V.M. Ad Priapum.

Arminis incompti lusus lecture probaces
Conueniens latio pone supercilium.
Nō soror hic habitat phebi: nō uesta sacello
Nec que de patrio uertice nata dea est.
Sed ruber hortorum custos membrosior equo:
Qui tectum nullis uestibus inguen habet:
Aut igitur tunicam part. pretende tegende:
Aut quibus hec oculis aspicis: ista lege.

Ad Priapum.

Ludens hec ego teste te priape
Horto carmina digna non libello
Scripsi non nimium laboriose.
Nec musas tamen ut solent poete
Ad non uirgineum locum uocaui.
Nam sensus mihi: corque defuisset
Castas pieridum chorum sorores
Auso ducere mentulam ad priapi.
Ergo quicquid id est quod ociosus
Templi parietibus tui notaui:
In partem accipias bonam rogamus.

Priapus.

Obscure poteram tibi dicere: da mihi quod tu
Des licet assidue: nil tamen inde perit.
Da mihi quod cupies frustra dare forsitan olim.
Dum tenet obsessas inuida barba genas.
Quodque ioui dederat: qui raptus ab alite sacra
Miscet amatori pocula grata suo.
Quod uirgo prima cupido dat nocte marito
Dum timet alterius uulnus inepta loci.
Simplicius multo est da predicare latino
Dicere: quid faciam: crassa minerua mea est.

Ad Lalagen.

Obscenas rigido deo tabellas
Ducens ex elephantidos libellis
Dat donum lalage: rogatque temtes:
Si pictas opus edat ad figuras.

Priapus.

Quam puero legem fertur dixisse priapus:
Versibus hic infra scripta duobus erit.
Quod meus hortus habet sumas impune licebit:
Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

Priapus.

Quod sim ligneus ut uides priapus.
Et falx lignea ligneusque penis:
Prendam te tamen: & tenebo prensam.
Totamque hanc sine fraude quantacique est
Tomento cytharaque tensiorem
Ad costam tibi septimam recondam.

Priapus.

Cum loquor una mihi precatur littera: nam te
Predico semper: blesaque lingua mea est.

Ad Matronas.

Matrone procul hinc abite caste
Turpe est uos legere impudica uerba.
Non assis faciunt: euntque recta.
Ni mirum sapiunt: uidentque magnam
Matrone quoque mentulam libenter.

Priapus.

Cur obscena mihi pars sit sine ueste: requiris
Quero tegat nullus cur sua signa deus.
Fulmen habet mundi dominus: tenet illud aperte.
Nec datur equoreo fuscina tecta deo.
Nec mauors illum: per quem ualat: occulit ensem.
Nec latet in tepido palladis hasta sinu.
Num pudet auratas phebum portare sagittas.
Clam ue solet pharetram ferre diana suam.
Num tegit alcides nodose robora claue.
Sub tunica uirgam num deus ales habet.
Quis bacchum gracili uestem pretendere thyrso:
Quis te celata cum face uidit amor.
Nec mihi sit crimen: quod mentula semper aperta est.
Hoc mihi si telum desit inermis ero.

Ad Puellam.

Insulsissima quid puella rides.
Non me praxiteles: scopas ne fecit.
Non sum phidiaca manu politus:
Sed lignum rude uillicus dolauit:
Et dixit mihi tu priapus esto.
Spectas me tamen: & subinde rides.
Ni mirum tibi falsa res uidetur
Astas inguinibus columna nostris.

Priapus.

Ne prensare cane: prensus nec fuste nocebo.
Sęua nec incurua uulnera falce dabo.
Traiectus conto sic extendere pedali
Vt culum rugas non habuisse putes.

Priapus.

Quędam senior hectoris parente
Cumęę soror ut puto sibyllę:
Aequalis illi: quam domum reuertens
Theseus repperit in rogo iacentem.
Infirmo solet huc gradu uenire:
Rugosasque manus ad astra tollens:
Ne desit sibi mentula rogare.
Hesterna quoque luce dum precatur.
Dentem de tribus hic screauit unum.
Tolle inquam procul: ac iube latere
Scissia sub tunica: stolaque russa
Vt semper solet: & timere lucem:
Qui tanto patet indecens hiatu
Barbato macer eminente naso:
Vt credas epicoreos oscitare

Priapus.

Pręcidere puer moneo: futuere puella.
Barbatum furem tertia pęna manet.

Priapus.

Huc huc quisquis es: in dei salacis
Diuerti graue ne puta sacellum:
Et si nocte fuit puella tecum:
Hac re quod metus adire: non est.
Istuc cęlitibus datur seueris.
Nos uappę sumus. & pusilla culti
Ruris numina: nos pudore pulso
Stamus sub ioue coleis apertis.
Ergo cuilibet huc licebit intret
Nigra fornicis oblitus fauilla.
Commisso mihi non satis modestas
Quicunque attulerit manus agello:
Is me sentiet non esse spadonem.
Hic inter frutices loco remoto
Dicat forsitan hęc sibi ipse: nemo
Pręcisum sciet esse me: sed errat.
Magnis testibus ista res agetur.

Ad Priapum.

Qualibet hippomanes rapuit schoeneida pomis:
Qualibet hippomanis nobilis hortus erat:
Qualia credibile est spatiantem rure paternum
Nausicaam pleno sępe tulisse sinu.
Quale fuit malum: quod littera pinxit achontii:
Qua lecta cupido pacta puella uiro est:
Talia cunque puer dominus florentis agelli
Imposuit mensę nude priape tuę.

Priapus.

Quid mecum tibi circitor moleste.
Ad me quid prohibes uenire furem.
Accedat sine: laxior redibit.

Priapus.

Commoditas hęc est in nostro maxima pene.
Laxa quod esse mihi fęmina nulla potest.

Ad Priapum.

Hic quando theletusa circulatrix:
Quę clunem tunica tegente nulla
Extis aptius: altiusque mouet:
Crissabit tibi fluctuante lumbo:
Sic ut non modo te priape posset:
Priuignum quoque sed mouere phędrę.

Priapus.

Fulmina sub ioue sunt: neptuni fuscina telum.
Ense potens mars est: hasta mineruą tua est.
Sutilibus liber committit pręlia thyrsis.
Fertur apollinea missa sagitta manu.
Herculis armata est inuicta dextera claua.
At me terribilem mentula tanta facit.

Ad Priapum.

Copia me perdit tu suffragare rogatus:
Indicio nec me perde priape tuo.
Hęc quęcunque tibi posui uernacula poma:
De sacra nulli dixeris esse uia.

Priapus.

Fęmina si furtum faciet mihi uirque puerque
Hęc cunnum: caput hic: pręebet ille nates.

Priapus.

Quicunque hic uiolam: rosam ue carpet:
Furtiuum ue holus: aut inempta poma:
Defectis puerisque fęminisque:
Hac tentigine: quam uidetis in me
Rumpatur precor usque: mentulaque
Ne quicquam sibi pulset umbilicum.

Priapus.

Hic me custodem fęcundi uillicus horti
Mandati curam iussit habere loci.
Fur habeas pęnam: licet indignere: feramque
Propter holus dicas: hanc ego propter holus.

Priapus.

Hoc sceptrum quod in arbore est recisum:
Nulla iam poterit uirere fronde.
Sceptrum quod pathicę petunt puellę:
Quod quidam cupiunt tenere reges.
Cui dant oscula nobiles cinędi:
Intra uiscera furis ibit usque
Ad pubem: capulumque coleorum.
Porro nam quis erit modus quirites:
Aut pręcidite seminale membrum:
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinę sine fine prurientes:
Vernis passeribus salaciores.

Aut rumpar: nec habebitis priapum.
Ipsi cernitis futurus ut sim:
Confectusque: macerque: pellidusque:
Qui quondam ruber: & ualens solebam
Fures cędere quamlibet ualentes:
Latus deficit & periculosam.
Cum tussi miser expuo saliuam.

Ad Priapum.

Delitię populi magno notissima circo:
Quintia uibratas docta mouere nates:
Cymbala cum crotalis pruriginis arma priapo
Ponit: & adducta tympana pulsa manu:
Pro quibus ut semper placeat spectantibus: orat
Tentaque ad exemplum sit sua turba dei.

Priapus.

Tu qui non bene cogitas & ęgre
Carpendo tibi temperas ab horto:
Prędicabere fuscina pedali.
Quod si tam grauis: & molesta pęna
Non profecerit: altiora tangam.

Ad Priapum.

Obscenis poteram priape: si non
Vti me pudet improbisque uerbis:
Sed cum tu posito deus pudore
Ostendis mihi coleos patentes:
Cum cunno mihi mentula est uocanda.

Ad Priapum.

Falce minax ex parte tui maiore priape
Ad fontem quęso dic mihi qua sit iter.

Priapus.

Vade per has uites: quarum si carpseris uuas:
Quas aliter sumas hospes habebis aquas.

Priapus.

Donec proterua nil mei manu carpes:
Licebit ipsa sis pudicicior uesta.
Sin hęc te mei uentris arma laxabunt:
Exire ut ipsa de tuo queas culo.

Priapus.

Vuis aridior puella passis:
Buxo pallidior: nouaque cęra:
Collatasque sibi: suisque membris
Formicas facit altiles uideri:
Cuius uiscera non aperta thuscus
Per pellem poterit uidere aurispex:
Que succo caret: utque putris pumex:
Nemo uiderit hanc: ut expuentem:
Quam pro sanguine puluerem: scobemque
In uenis medici putant habere:
Ad me nocte solet uenire: & affert
Pallorem: maciemque laruale
Ductor ferreus insularis equę
Laterne uideor fricare cornu.

Priapus.

Naiades antiqui: dryadesque habuere priapi:
Et quo tenta dei uena subireterat.
Nunc adeo nihil est: adeo mihi plena libido:
Vt nymphas omnes interiisse putem:

Turpe quidem factu: sed ne tentigine rumpar
Falce manu posita fiet amica manus.

Ad Priapum.

Cum sacrum fieret deo salaci.
Conducta est precio puella paruo
Communis satis omnibus futura:
Quę quot nocte uiros peregit una:
Tot uerpas tibi dedicat salignas.

Priapus.

Notas habemus corporis quisquis formas.
Phębus comosus: hercules lacertosus.
Trahitque uirginis tener bacchus formam.
Minerua flauo: lumine: uenus pęto.
Fronte crinitos arcades uides faunos.
Habet decentes nuncius deum plantas.
Tutella lemni dispares mouet gressus.
Intonsa semper ęsculapio barba est.
Nemo est feroci pectorosior marte.
Quod siquis inter hęc locus mihi restat.
Deus priapo mentulatior non est.

Ad Spectatores De Priapo.

Cur pictum memori sit in tabella
Membrum quęritis: unde procreamur.
Cum penitus mihi forte lęsus esset:
Chirugicamque manum miser timerem:
Diis me legitimis: nimisque magnis.
Vt phębo puta: filioque phębi
Curatum dare mentulam uerebar.
Huic dixi fer opem priape parti.
Cuius tu pater ipse par uideris:
Qua salua sine sectione facta:
Ponetur tibi picta quam leuaris
Parua consimilisque concolorque.
Promisit fore: mentulamque mouit:
Pro nutu deus: & rogata fecit.

Priapus.

Simpliciter tibi me quodcumque est dicere oportet:
Natura est quoniam semper aperta mihi.
Predicare uolo tu uis decerpere poma.
Quod peto si dederis: quod petis accipies.

Priapus.

Forma mercurius potest placere.
Forma conspiciendus est apollo:
Formosus quoque pingitur lyęus.
Formosissimus est omnium cupido.
Me pulchra fateor carere forma.
Verum mentula luculenta nostra est:
Hanc mauult sibi: quam deos priores.
Siqua est non fatui puella cunni.

De Thelesthusa.

Nota suburranas inter thelethusa puellas:
Quę puto de questu libera facta suo est.
Cingit inaurata penem tibi sancte corona:
Hunc pathicę summi numinis instar habent.

Priapus.

Quisquis uenerit huc poeta fiat:
Et uersus mihi dedicet iocosos.

Qui non fecerit inter eruditos,
Ficosissimus ambulet poetas.

Ad Priapum.

Lętus aristagoras natis bene uillicus uuis
De cęra facta dat tibi poma deus.
At tu sacrati contentus imagine pomi:
Fac ueros fructus ille priape ferat.

Priapus.

Nolite omnia quę dico putare
Per lusum mihi per iocumque dici.
Deprensos quoque terque quaterque fures
Omnes non dubitetis irrumabo.

Priapus.

Velle quid hanc dicas quãuis sim ligneus: hastam:
Oscula dat medio siqua puella mihi.
Augure non opus est in me: mihi credite: dixit
Vtetur ueris usibus hasta rudis.

Priapus.

Cum quendam rigidus deus uideret
Feruenti caput ustulare ferro:
Vt maurę similis foret puellę:
Heus tibi inquit dicimus cinęde:
Vras te licet: usque torquearis;
Num tandem prior es puella quęso
Quam sunt mentula quos habet capilli.

Priapus.

O non candidior puella mauro:
Sed mollior omnibus cinędis: i. effeminatis
Pygmęo breuior gruem timenti:
Vrsis asperior pilosiorque:
Medis laxior: indicis libratis:
Manes hic licet: ut libenter ires.
Nam quamuis uideat satis paratus:
Erucarum opus est decem manipłis:
Fossas inguinis ut teram: dolemque:
Cunni uermiculo scaturientes.

Priapus.

Quicũque uestrum qui uenitis ad cęnam.
Librare nullos sustinet mihi uersus:
Illius uxor: aut amica riualem
Lasciuiendo languidum: precor reddat.
Et ipse nocte longa dormiat solus,
Libidinosis incitatus erucis.

Priapus.

Quod partem madidam mei uidetis
Per quam significor priapus esse:
Non ros est mihi crede: nec pruina:
Sed quod sponte sua solet remitti:
Cum mens est pathicę memor puellę.

Priapus.

Tu quicũque uides circa tentoria nostra
Non nimium casti carmina plena ioci:
Versibus obscenis offendi desine: non est
Mentula subducti nostra supercilii.

Ad Priapum.

Quędam: si placet hoc tibi priape:
Ficosissima me puęlla ludit.
Et non dat mihi: nec negat daturam.
Causas inuenit usque differendi:
Quę si contigerit fruenda nobis:
Totam comparibus priape nostris
Cingemus tibi mentulam coronis.

Priapus.

Quid hoc negocii est, qua ue suspicer causa
Venire in hortum plurimos meum fures.
Cum quisquis in nos incidat: luat pęnas.
Et usque curuos excauetur ad lumbos
Non ficus hic est pręferenda uicinę
Vuęque: quales flaua non legit crete.
Non mala truncis asseruanda picenis.
Pirum ue: tanto quod periculo captes.
Magisque cęra luteum noua prunum.
Sorbum ne uentres lubricos moraturum.
Prępinguem rami nec mei ferunt morum:
Nucem ue longam, quę uocatur alna.
Amygdalum ue flore purpureo fulgens.
Non brassicarum fero gulosior caules.
Bete ue quantas hortus educat nullus.
Crescens ue semper in suum caput porrum:
Nec seminosas ad cucurbitas quẽquam
Ad ocium ue: cucumeres ue humi fusos:
Venire crede: sessiles ne lactucas:
Nec ue salaces nocte tollat erucas.
Mentemque olentem cum salubribus rutis.
Acresque cepas: alliumque furatum.
Quę cuncta quauis nostro habeamus in septo
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis in mihi laboratum
Locum uenitis improbissimi fures.
Nimium apertam conuolatis ad prędam.
Et uos hoc ipsum quod minamur, inuitat.

Priapus

Heus tu non bene qui manum rapęcem
Mandato mihi contines ab horto:
Iam primum stator hic libidinosus
Alternus sed eundo & redeu[illegible]
Porta te faciet patentiorem
Accedent duo qui latus tuentur
Pulchre pensilibus peculiati:
Quique te male foderit iacentem
Ad portam ueniet salax asellus.
Nil est deterius mutoniatis
Quare si sapis hoc malum cauebis.
Cum tantum scias esse mentulatum.

Ad Priapum.

Contentus modico bacchus solet esse racemo:
Cum capiant altos uix sua musta lacus.
Magnaque fęcundis cum messibus area desit:
In cereris crines una corona datur.
Tu quoque diue minor maiorum exempla secutus:
Quamuis pauca damus consule poma boni.

Priapus.

E.d. si scribas: temonẽque insuper addas:
Qui medium d uult scindere pictus erit.



Priapus.

Credere quis posset falcem quoque turpe fateri
De digitis fures surripuisse meis.
Nec mouet amissi tam me iactura: pudorque:
Quam prebent iustos altera tela metus.
Quę si perdidero: patriam mulctabor: & olim
Ille tuus ciuis lampsace gallus ero.

Priapus.

Derides quoque fur: & impudicum
Ostendis digitum mihi minanti.
Heu me miserum quid ista lignum est.
Quę me terribilem facit uidere:
Mandabo domino tamen salaci:
Vt pro me uelit irrumare fures.

Priapus.

Cornix & caries uetusque bustum:
Turba putrida facta sacculorum:
Quę forsan potuisset esse nutrix
Tithoni priamique: nestorisque:
Illis in pueris anus fuisset.
Ne desim sibi me rogat fututor.
Quid si nunc roget ut puella fiat.
Si numos tamen hęc habet puella est.

Priapus.

Quicúque nostram fur fefellerit fidem:
Effęminato culo eminet procul
Quęque hęc proterua carpserit manu poma
Puella nullum inueniat fututorem.
Predictum tibi ne rogare possis:
Si fur ueneris: impudicus eris.

Ad Priapum.

Si quot habes uersus: tot haberes poma priape
Esses antiquo ditior alcinoo.

Priapus in persona mali.

Quid frustra quereris colone mecum:
Quod quondam bene fructuosa malus
Autumnis sterilis duobus astem.
Non me pręgrauat: ut putas senectus.
Nec sum grandine uerberata dura.
Nec gemmas meo germine exeuntis
Seui frigoris ustulauit aura.
Nec uenti: pluuię ue: siccitas ue.
Quod de se quęrens malum dederunt.
Non sturnus mihi: gracchulus ue raptor:
Aut cornix anus: aut aquosus anser:
Aut coruus nocuit siticulosus.
Sed quia carmina pessimi poetę
Ramis sustineo laboriosis.

Priapus.

Securi dormite canes: custodiat ortum
Cum sibi dilecta simius erigone.

Priapus.

Parum est mihi quod hic fixi sedem
Agente terram per canicula rimas
Siticulosam sustinens ęstatem.
Parumque sinus superfluunt hymbres.
Et in capillos grandines cadunt nostros:
Rigetque dura barba iuncta capillo.
Parumque acta sub laboribus lucem
Parem diebus pręuigil traho noctem
Huc adde quod me terribiles fuste
Manus sine arte rusticę dolauerunt:
Interque cunctos ultus deos numen
Cucurbitarum ligneus uocor custos:
Accedit istis impudentię signum
Libidinosa tenta priamis neruo
Ad hanc puella pene nomen adiecti
Solet uenire cum suo fututore:
Quę tot figuris quot philenis enarrat
Non inuentis pruinosa discedit

Priapus.

Quidam mollior anseris medulla
Furatum uenit huc amore pęnę.
Futetur licet usque non uidebo.

Ad Priapum.

Hic tibi qui rostro crescentia lilia mersit:
Cędetur tepida uictima porcus ara.
Nec tamen extraneum facias pecus omne priape.
Horti sit facies ianua clausa tui:

Priapus.

Tu quę ne uideas notam uirilem
Hinc auerteris ut decet pudicam:
Nimirum nisi quod times uidere
Intra uiscera habere concupiscis.

Priapus.

Penelopes primam: didonis prima sequatur:
Et prima in tani: syllaba prima remi
Quodque fit ex illis: mihi tu deprensus in horto
Fur dabis: hac pęna culpa luenda tua est.

Priapus.

Rusticus indoctus si quid dixisse uidebor
Da ueniam: libros non lego: poma lego.
Sed rudis hic dominum totiens audire legentem
Constitui: meracas edidicique notas.
Psoleon ille uocat: quod nos psoloenta uocamus:
Id quod nos culum: culeon ille uocat.
Merdalion certe nisi res non munda uocatur.
Et pędiconum mentula merdalea.

Priapus.

Quid nisi tęnario placuisset troica cunno:
Mentula quod caneret non habuisset opus.
Mentula tantalidę bene si non nota fuisset:
Nil senior chryses quod quęreretur erat.
Hęc eadem socium tenera spoliauit amica:
Quęque erat ęacidę maluit esse suam.
Ille pelethronium cecinit miserabile carmen
Ad citharam: cithara tentior ipse sua.
Nobilis hinc nota nempe incipit ilias ira.
Principium sacri carminis illa fuit.
Altera materia est error fallentis ulyxi.
Si uerum quęras: huc quoque mouit amor.
Hinc legitur radix de qua flos aureus exit.
Quę cur moly uocat: mentula moly fuit.
Hinc legimus circen: adantiadéque calypson

Grandia dulichii iussa tulisse uiri.
Huius & alcinoi mirata est filia membrum
Frondenti ramo uix potuisse tegi.
Ad uetulam tamen ille suam pperabat: & omnis
Spes erat in cunno peneclopea tuo.
Que sic casta manes: ut iam conuiuia uisas
Vtque fututorum sit tua plena domus.
E quibus ut scires quicũque ualentior esset:
Hec es ad arrectos uerba locuta procos.
Nemo meo melius neruum tendebat ulyxe
Siue illi laterum: seu fuit artis opus.
Qui quoniam periit: modo uos intendite: qualem
Esse uirum sciero: uir sit ut ille meus.
Hac ego penelope potui tibi lege placere:
Illo sed nondum tempore factus eram.
Priapus.
Dum fici tibi suauitas subibit:
Et iam porrigere huc manum licebit:
Ad me respice fur: & estimato
Quot pondo: tibi mentulam est cacandum.
Priapus.
Si pauper mihi sit & inquilinus:
Qui libum dederat: molaque fusa.
Quare partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc subinde uenit
Nitorem puto prosecuta fumi:
Que libamine mentule comeso
Tota nocte mihi litat rigendo.
At uos amplius hoc loco cauete
Quicquam ponere: ne famelicorum
Ad me turba uelit canum uenire:
Ne dum me colitis: meumque numen:
Custodes habeatis irrumatos.
Priapus.
Si commissa mee carpes pomaria cure
Dulcia: quid dolcam perdere: ductus eris.
Ad Priapum.
Curam pomarii diligens priape facito.
Rubricato furibus minare mutiuo.
Priapus.
Quod mouear non est: quia si furaberis ipse
Grandia mala: tibi brachia macra dabo.
Priapus.
Obliquis pathice quid me spectatis ocellis.
Stat non inguinibus mentula tenta meis:
Que tamen exanimis nunc est: & inutile lignum
Vtilis hec aram si dederitis: erit.
Per medios ibit pueros: mediasque puellas
Mentula: barbatis non nisi summa petet.
Que quorũ locorum sint numina.
Dodona tibi iuppiter sacrata est.
Iunoni samos: & mycene dites.
Vnde tenedos equorisque regi.
Pallas cecropias tuetur arces.
Delphos pythius orbis umbilicum.
Creten delia: cynthiosque colles.
Faunus menalon: arcadumque siluas.
Tutella rhodos est beata solis.
Gades herculis: humidũque tybur.
Cyllene celeri deo niuosa.
Tardo gratior estuosa lemnos.
Aetnee cererem nurus frequentant
Raptam cocytos ostreosa diuam:
Formosam uenerem gnidos: paphosque.
Mortales tibi lampsacum dicarunt.
Priapus.
Quod sim iam senior: meũque canis
Cum barba caput albicat capillis:
Deprenses ego perforare possum
Thithonum: priamũque: nestorẽque.
Immanem mihi stomachom uidetis:
Qui densam facitis subinde sepem:
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc est ledere: dum iuuatis. hoc est
Non admittere ad aucupem uolucres:
Obstructa est uia: nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.
Ergo qui prius usque & usque & usque
Furum scindere podices solebam:
Per noctes aliquot diesque cesso.
Penas do quoque: quod satis superque est:
In semenque habeo. salaxque quondam
Non uitam perago. quis hoc putaret
Vt lusus citharedus abstineret:
At uos ne peream situ senili:
Queso desinite esse diligentes.
Ne ue imponite fibulam priapo.
Priapus.
At di ĩdeque dentibus tuis escam
Negent: amicas cunnilingi uicine:
Per quem puella foris ante: nec mendax:
Et que solebat impigro celer passu
Ad nos uenire nunc misella landace
Vix posse iurat ambulare pro soccis.
Ad Priapum.
Priape quod sis fascino grauis tenero:
Quod exprobrauit hic tibi suo uersu
Poeta noster: erubescere hoc noli.
Non est poeta sarcinosior nostro.
Priapus.
Vt non longa satis bene: non stat mentula crassa
Et quam si tractes: crescere posse putes.
Me miserum cupidas fallit mensura puellas.
Non habet hoc aliud mentula maius eo.
Vtilior tydeus: qui si quid credis homero
Ingenio pugnax corpore paruus erat.
Sed potuit damno nobis nouitasque: pudorque
Esse repellendus sepius iste mihi.
Ad Priapum.
Dum uiuis sperare decet: tu rustice custos
Huc ades: & neruis tente priape faue.
Ad Priapum.
Rusticus errari quondam nunc uillicus orti

Hęc tibi perspecta templa priape dico.
Pro quibus officiis si fas est: sancte paciscor:
Assiduus custos ruris ut esse uelis.
Improbus at si quis nostrum uiolabit agellum:
Huic tu: sed taceo: scis puto quod sequitur.

Querela Priapi

Quid hoc noui est: quid ira nunciat deum:
Silente nocte candidus mihi puer
Repente cum iaceret abditus sinu:
Venus erat quieta: nec uiriliter
Iners senile penis extulit caput
Placet priape qui sub arboris comis
Soles sacrum reuinctus pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino.
At o priape sępe floribus nouis
Tuas sine arte deligauimus comas:
Abegimusque uoce sępe cum tibi
Senex ue coruus: piger ue gracchulus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefanee destituor inguinum:
Vale priape: debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua squallidus situ.
Canis ue ille sęuus usque bene
Fricabit obloquium latus lutosus
O scelestę penis: o cui meum malum
Licet querare: nec tibi tener puer
Patebit ullus: imminente qui toto
Iuuante uerset arte nobilem natem.
Puella nec iocosa nec leui manu
Fouebit apprimet ue lucidum femur.
Bidens amica romuli senis memor
Paratur inter arua: cuius inguina:
Vacuaque pelle tectus inguinum geln
Araneosus obsidet fores situs
Tibi hęc parantur ut tuus ter aut quater
Voret profunda fossa lubricum caput
Licebit hebes aut languentior cubes
Hęres & usque ah miser miser
Triplex quadruplexque complens specum
Superbia ista proderit nihil simul.
Vagum sonante merseris caput luto
Quid iners piget ne lentitudinis
Licebit hoc multus auferas semel:
Sed ille cum redibit aureus puer
Simul sonante senseris iter pede
Repente neruos excitet libidine
Et inquietus inguina arrigat tu nott
Neque mutare possit usque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

P. V. Maronis Copa.

Opa sirisca caput graia redimita mitella
Crispum sub cotalo docta mouere latus:
Ebria famosa saltat lasciua taberna:
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat ęstiuo defessum puluerę abęsse
Quam potius bibulo decubuisse toro:
Sunt cuppę: calices: cyathi: rosa: tibia: chordę:
Triclinia umbrosis frigida harundinibus:
En & męnalio quę garrit dulce sub antro
Rustica pastoris fistula more sonat.
Est & nappa cado nuper diffusa picato
Et strepitans rauco murmure riuus aquę.
Sunt etiam croceo uiolę de flore corolę:
Sertaque purpurea luctea mixta rosa:
Et quę uirgineo libata achelois ab amne
Lilia uimineis attulit in calathis:
Sunt & caseoli: quos iuncea fiscina siccat:
Sunt autumnali cerea pruna die:
Castaneęque nuces: & suaue rubentia mala
Est hic munda ceres: est amor: est bromius:
Sunt & mora cruenta: & lentis uua racemis.
Et pendet iunco ceruleus cucumis.
Et tuguri custos armatus falce saligna:
Sed non & uasto est inguine terribilis.
Huc alibida ueni: fessus iam subdat asellus
Parce illi: uestri delicium est asinus.
Nunc cantu crebro rumpūt arbusta cicadę.
Nunc uere in gelida sede lacerta sedet.
Si sapis ęstiuo recubans nunc prolue uitro
Seu uis crystallo ferre nouos calices.
Eia age pampinea fessus requiesce sub umbra:
Et grauidum roseo necte caput stophio.
Formosus tenerę decerpes ora puellę.
Ah pereant cui sunt prisca supercilia.
Quid cineri ingrato seruans bene olentia serta:
An ne coronato uis lapide ista tegi:
Pone merum & talos: pereat qui crastina curat
Mors autem ueniens uiuite aittuenio.

P. V. Maronis est & non

Est & non cūcti monosyllaba nota frequentant
His dēptis nihil ē hoim qđ sermo uolutet.
Omnia in his: & ab his sunt omnia, siue negoci
Siue oci quicquam est: seu turbida: siue quietis
Alterutro: pariter non nunquam: sępe seorsis
Obsistunt dubiis: ut mores ingeniumque
Et faciles: uel difficiles contentio nacta est
Si consentitur mora: nulla interuenit est: est.
Si controuersam dissensio subiciet non:
Hinc fora dissultant clamoribus: hinc furiosi
Iurgia sunt cyrci: cuneati hinc lęta theatri
Seditio: & tales agitat quoque curia lites.
Cōiugia & nati cum patribus ista quietis
Verba ferunt studiis: salua pietate loquentes
Hinc etiam placidis schola consona disciplinis
Dogmaticas agitat placido certamine lites.
Hinc omnis certat dialectica turba sophorum:
Est lux: est ne dies ergo nō conuenit istuc:
Nam facibus multis: aut fulguribus quotiens lux
Est nocturna homini: non est lux ista dies.
Est & non igitur quotiens lucem esse fatendum est:

Sed non esse diem mille hinc certamina surgũt
Hinc pauci multi quoque talia commeditantes
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qualis uita hominum: duo quam monosyllaba uersant

P.V. Maronis Vir Bonus

VIr bonus & sapiens: qualem uix reperit ullum
Milibus e cũctis hominum consultus apollo
Iudex ipse sui totum se explorat ad unguem
Quid proceres, uanique leuis quid opinio uulgi
Securus: mũdi instar habens teres atque rotundus
Externę ne quid labis per leuia sidat.
Ille diem quam longus erit sub sydere cancri
Quantaque nox tropico se porrigit in capricorno
Cogitat: & iusto trutinę se examine pensat
Ne quid hiet: ne quis proturbet angulus: ęquis
Partibus ut coeant: nil ut deliret amussis.
Sit solidum quodcunque subest, nec inania subtus
Iudicet admotus digitis pellentibus ictus,
Non prius in dulcem declinat lumina somnum
Omnia quam longi reputauerit acta diei.
Quo pręter gressus: quid gestum in tempore: quid non
Cur isti facto decus affuit: aut ratio illi.
Quid mihi pręteritum: cur hęc sententia sedit
Quam melius mutare fuit: miseratus egentem.
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem:
Quid uolui: quid nolle bonũ foret: utile honesto
Cur malus antetuli: nũ dicto: aut denique uultu
Perstrictus quisquam. cur me natura magisquam
Disciplina trahit. sic dicta & facta per omnia
Ingrediens: ortoque a uespere cuncta reuoluens
Offensus prauis dat palmam & pręmia rectis.

P.V. Maronis rosę.

VEr erat: & blando mordentia frigora morsu
Spirabat croceo mane reuecta dies.
Strictior eoos pręcesserat aura iugales
Aestiferum suadens anticipare diem:
Errabam riguis per quadrua compita in herbis
Maturo cupiens me uegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa ruinas
Pendere: aut olerum stare cacuminibus:
Caulibus & patulis teretes colludere guttas:
Et cęlestis aquę pondere tunc grauidas.
Vidi pęstano gaudere rosaria cultu
Exoriente nouo rosida lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutetis
Ad primos radios interitura die.
Ambigeres raperet ne rosis tunc aura ruborem.
An daret: & flores tingeret orta dies
Ros unus: color unus: & unum mane duorum:
Sideris & floris est domina una uenus.
Forsan et unus odor: sed celsior ille per auras
Difflatur: spirat proximus iste magis.
Communis paphię dea sideris & dea floris
Pręcipit unius muricis cẽ habitum:
Momentum intereat: quo se nascentia florum
Germina cũ paribus diuiderent spaciis
Hęc uiret angusto foliorum tecta galero.
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hęc aperit prima fastigia celsa obelisci
Mucronem absoluens purpurei capitis:
Vertice collectos illa exinuabat amictus:
Iam meditans foliis se numerare suis:
Nec mora: ridentis calathi patefecit honorem
Prodens inclusi semina densa croci.
Hęc modo quę toto rutilauerat igne comarum:
Pallida collapsis deseritur foliis.
Mirabar celerem fugitiua ętate rapinam:
Et dũ nascuntur consenuisse rosas.
Ecce & defluxit rutuli coma punica floris
Dum loquor: & tellus tacta rubore micat.
Tot species: tantosque ortus: uariosque nouatus
Ipsa dies aperit: conficit ipsa dies.
Cõquerimur natura breuis quod gratia florum est
Ostentata oculis ilico dona rapis
Quam longa una dies: ętas tam longa rosarum
Quas pubescentes iuncta senecta pręmit.
Quam modo nascentem rutulis conspexit eous
Hanc rediens sero uespere uidit anum.
Sed bene quod paucis licet interitura diebus
Succedẽs ęuum prorogat ipsa suum.
Collige uirgo rosas: dum flos nouus & noua pubes
Et memor esto ęuum sic properare tuum.

P.V.M. ad Octauium Culex

LVsimus octaui gracili modulante thalia:
Atque ut araneoli tenuẽ formauimus orsum
Lusimus: hęc propter culicis sunt carmina dicta:
Omnis ut historię per ludum consonet ordo.
Notitięque ducum uoces: licet inuidus adsit:
Quisquis erit culpare iocos musamque paratus
Pondere uel culicis leuior: famaque feretur.
Posterius grauiore sono tibi musa loquetur
Nostra: dabunt cũ securos mihi tempora fructus.
Vt tibi dignato poliantur carmina sensu.
Latonę, magnique decus iouis: aurea proles
Phębus erit nostri princeps: & carminis auctor:
Et recinente lyra fautor: siue educat illum
Alma chimęrę o xanthi perfusa liquore.
Seu decus astrigeri: seu qua parrasia rupes:
Hinc atque hinc patula prępandit cornua fronte
Castalięque sonans liquido pręlabitur unda.
Quare pierii laticis decus ite sorores
Naides: & celebrate deum ludente chorea:
Et tu sancta pales ad quã uentura recurrunt
Agrestum bona: secura sit cura canentis
Aerios nemorum saltus feror inter & astra
Et tu cui meritis oritur fiducia chartis
Octaui uenerande meis allabere cęptis
Sancte puer: tibi namque canit non pagina bellum

Phlegra giganteo sparsa est quo sanguine tellus,
Nec centaureo lapithas compellit in enses.
Vrit erichthonias oriens non ignibus arces.
Non perfossus athos: nec magno uincula ponto
Lecta meo quęrent iam sera uolumine famam
Non hellespontus pedibus pulsatus equorum
Grecia cum timuit uenientis undique persas:
Mollia sed tenui pede currere carmina uersu
Viribus apta suis phębo duce ludere gaudet:
Hoc tibi sancte puer mortalibus: & tibi certet
Gloria perpetuum lucens mansura per ęuum,
Et tibi sede pia maneat locus: & tibi sospes
Debita fęlices memoretur uita per annos.
Grata bonis liceat: sed nos ad cępta feramur.
Igneus ęthereas iam sol penetrarat in arces.
Candidaque aurato quatiebat lumina curru
Crinibus & roseis tenebras aurora fugabat.
Protulit e stabulis ad pabula lęta capellas
Pastor: & excelsi montis iuga summa petiuit.
Lurida qua patulos uellabant gramina colles.
Iam siluis. dumisque uagę: iam uallibus abdunt
Corpora: iamque omni celeres e parte uagantes
Tondebant tenero uiridantia gramina morsu:
Scrupea desertas hęrebant ad caua rupes
Pendula protectis carpuntur: & arbuta ramis.
Densaque uirgultis auide labrusca petuntur.
Hęc suspensa rapit carpente cacumina morsu:
Hęc salicis lentę: uel quę noua nascitur alnus.
Hęc teneras fruticum sentes rimantur at illa
Imminet in riui pręstantis imaginis undam:
O bona pastoris: si qui non pauperis usum
Mente prius docta fastidiat: & probet illis
Omnia luxurię precijs incognita curis:
Quę lacerant auidas inimico pectore mentes:
Si non assyrio fuerint his lauta colore
Attalicis opibus data uellera si nitor auri
Sublaqueare domos animum non angit auarum
Picturęque decus lapidum nec fulgor in ulla
Cognitus utilitate manet: nec pocula gratum
Alconis referent boetique toreumata: nec indi
Cōchea baccha maris precio est a pectore puro.
Sępe super tenero procumbūt gramine corpus
Florida cum tellus gēmantis picta p herbas
Vere notat dulcis distincta coloribus arua
Atque illum thalamo lętum retinente palustri:
Ociaque inuidia degentem: ac fraude remota:
Pollentemque sibi uiridi cum palmite lucens
Mollia pāpineo super coma uellat amictu.
Illi sunt gratę rorantes lacte capellę:
Et uenus: & fęcunda palles: & uallibus imis
Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior ęuo:
Quam qui mente procul puras: sensusque probando
Non auidas agnouit opes: nec tristia bella.
Nec funesta tenet ualidę certamina classis.
Quo spolijs dum sancta deum fulgentibus ornet
Templa: nęc euectus fine transcendit habendi.
Aduersum focus ultro caput hostibus offert.
Illi falce deus colitur non arte politus.
Ille colit lucos: illi pancarca thura
Floribus agrestes herbis uariantibus adsunt.
Illi dulcis adest requies: & pura uoluptas
Libera simplicibus curis huic imminet: omnis
Dirigit hūc sensus: hęc cura est subdita cordi
Qualibet ut requie motus contemptor habundet:
Iocūdoque locet languentia corpora somno.
O pecus: o panes: atque o gratissima tempe
Fontis hamadryadum quarum non diuite cultu
Aemulus ascręo pastor sibi quisque poeta
Securam placido traducit pectore curam
Talibus in studijs baculo dum nixus apricas
Pastor agit curas: et dum non arte canora
Compacta solidum modulatur harundine carmen
Tendit et euectus radios hyperionis ardor:
Lucidaque ęthereo ponit discrimina mundo:
Dum iacit oceanum flammas in utrumque capaces
Et iam compellente uagę pastore capellę
Ima susurrantis repetebant ad uada lymphę:
Quę super uiridem residebant cęrula muscum:
Iam medias operum partes euectus erat sol:
Cum densas pastor pecudes cogebat in umbras
Et procul aspexit luco residere uirenti
Delia diua tuo: quo quondam uicta furore
Venit nyctileum fugiens cadmeis agaue
Infandas scelerata manus: et cęde cruenta,
Quę gelidis bacchata iugis requieuit in antro
Posterius pęnam nati se morte futuram
Hic etiam uiridi ludentes panes in herba:
Et satyri dryadesque choros egere puellę
Naiadum cętu: tantum non orpheus hebrum
Restantem tenuit ripis: siluasque canendo:
Quantum te peneu remorantem diue chureas
Multa tuo lete fundentes gaudia uultu
Ipsa loci natura domum resonante susurro
Quis dabat: et molli fessas refouebat in autro.
Nam primum prona surgebant ualle patentes
Aerię platanus: inter quas impia lotos:
Impia que socios ithaci merentis abegit
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos:
At quibus insigni curru proiectus equorum
Ambustos phęto luctu mutauerat artus:
Heliades teneris amplexę brachia truncis:
Candida fundebant lentis uelamina ramis:
Posterius cui demophoon ęterna reliquit
Perfidia lamentandi mala perfida multis.
Perfide demophoon et nunc defende puellam
Quam comitabantur fatalia carmina quercus
Quercus ante datę cereris quam semina uitę
Illas triptolemi mutauit sulcus aristis
Hic magnum argoę naui decus edita pinus
Proceras decorat siluas: irsuta per artus
Appetit aeriis contingere montibus astra:
Ilicis et nigrę species et lęta cupressus.
Vmbrosęque manent fagus hedęręque ligantis

Brachia fraternos plangat ne populus artus:
Ipseque excedunt ad summa cacumina lentę
Pinguntque aureolos uiridi pallore corymbos:
Quis aderat ueteris myrtus non nescia fati.
At uolucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per uarios edunt resonantia cantus:
His suberat gelidis manans e fontibus unda:
Quę leuibus placidum riuis sonat orta liquorem
Et quāquam geminas auium uox obstrepit aures
Hāc querulę referunt uoces: quis nantia limo
Corpora lympha fouet: sonitus alit aeris echo
Argutis & cūcta fremunt ardore cicadis:
Et circa passim fessę cubuere capellę.
Excelsique super dumis: quę leuiter afflans
Aura susurrantis possit confundere uenti.
Pastor ut ad fontes densa requieuit in umbra:
Mitem concepit proiectus membra soporem
Anxius insidiis nullis: sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus.
Stratus humi dulcem capiebat corpi chat quietem
Ni fors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum uoluens ad tempus tractibus idem
Immanis uario maculatus corpore serpens.
Mersus ut in limo magno sub sideris ęstu
Obuia uibranti carpens grauis aera lingua:
Squāmosos late torquebat montibus orbes:
Tollebant aurę motus ad omnia nisus.
Iā magis atque magis corpus reuolubile uoluens
Attollit pectus nitidis fulgoribus: & se
Sublimi ceruice caput: cui crista superne
Edita purpureo lucēs maculatur amictu
Aspectuque micant flammantia lumina toruo.
Metabat sese circum loca: tum uidet ingens
Aduersum recubare ducem gregis: acrior instat
Lumina diffondens intendere: & obuia toruo
Sępius arripiens infrendere: quod sua quisquam
Ad uada uenisset. naturę comparat arma.
Ardet mente: furit stridoribus: intonat ore:
Flexibus: & uersis torquetur corporis orbis
Manant sanguineę per tractus undique guttę.
Spiritibus rumpit fauces: cui cūcta paranti
Paruulus hunc prior humeros contreret alumnus.
Et mortem uitare monet: per culmina nanque
Qua deducta genas pandebant lumina gemmis
Ac senioris erat naturę papula: telo
Icta leui tū prosiluit furibondus: & illum
Obtritum morti misit: cui dissitus omnis
Spiritus excessit sensus: tum torua tuentem
Lumina respexit serpentem cōminus inde
Impiger exanimus uix compos mente refugit
Et ualidum dextra trūcum detraxit ab ore.
Qui casus sociaret opem: numen ue deorum
Procedere sic dubiū uoluit: sed uincere tales
Horrida squāmosi uoluētia mēbra draconis
Atque reluctātis crebris: fędeque petentis
Ictibus ossa feris cingūt qua tempora cristę.
Et quod erat tardus omni langore remoto.
Nescius aspiciens timor obcęcauerat artus:
Hoc minus implicuit dira formidine mentem
Quem postquā uidit cęsum languescere: sedit
Iā quatit: & biiugis oriens erebo cit equos nox
Et piger aurato uesper procedit ab ęta
Cū gregem compulso pastor duplicantibus umbris
Vadit: & infessos requiem date comparat artus:
Cuius ut intrauit lenior per corpora somnus:
Languidaque effuso requietūt membra sopore
Effugies ad eum culicis deuenit: & illi
Tristis ab euentu cecinit conuitia mortis.
Inquit. quid meritis ad quę dilatus acerbas
Cogor inire uices: tua dum me carior ipso
Vita fuit uita: rapior per inania uentis.
Tu lentus refoues iucunda membra quiete
Ereptus terris e cladibus: ad mea manes
Viscera lethęas cogūt trāsnare per undas:
Prędа charontis agor: uidet ut flagrantia tędis
Lumina collucent infestis omnia templis:
Obuia tisiphone serpentibus undique compta:
Et flāmas: & sęua quatit mihi uerbera pęna
Cerberus: & diris flagrant latrantibus ora:
Anguibus: hic atque hinc arent cui colla reflexis
Sanguineūque micant ardorem luminis orbes.
Heu quid ab officio digressa est gratia: cum te
Restitui superis lęti iam lumine ab ipso:
Pręmia sunt pietatis ubi: pietatis honores
In uanas abire uices: & iure recessit
Iustitię prior illa fides: instantia uidi
Alterius sine respectu mea fata relinquens:
Ad pariles agor euentus sit pęna merenti
Pęna sit exitium modo sit: cum grata uoluntas
Existat par officium: ferot auia carpens.
Auia cimerios inter distantia lucos:
Quem circa tristes densentur in omnia pęnę
Nam uictus sedet immanis serpentibus othos
Deuinctus męstus procul aspiciens ephialten
Conati quondam cū sint incendere mundum:
Et tytios latona tuas memor anxius iras
Implicabilis ira iacet uinus alitis esca:
Terreor a tantis insistere tereor umbris:
Ad stygias reuocatus aquas: uix ultimus amni
Restat nectareas diuum qui prodidit escas:
Gutturis arentis reuolutus in omnia sensu.
Quid saxū procul aduerso: qui monte reuoluit
Cōtempsisse dolor quē numina: uincit acerbus
Ocia quęrentem frustra sub lite puellę
Ite quibus tędas accendit tristis erinnys:
Sic hymen pręfata dedit connubia mortis.
Atque alias alio densat super agmine turmas
Impietate fera: cū cernam colchida matrem
Anxia solicitis meditantem uulnera natis
Iam pandodionias miserandas prole puellas:
Quarū uox querula est: superat quod bistonius rex
Orbus epops męret uolucres euectus in auras
Ad discordantes cadmeo sanguine fratres:
Iam truculenta ferunt: infestaque lumina corpus.

Alter in alterius ianque aduersatus uterque
Impia germani manat quod sanguine dextra.
Heu heu mutandus nūquam labor:auferor ultra
In diuersa magis distantia lumina ceruo
Elysiam tranādus agor delatus ad uudam
Obuia tisiphone comites heroidas urget
Aduersum perferre faces:alcestis ab omni
Inuiolata uacat cura:quod sęua mariti
Hic alcedonias admeti cura morata est
Ecce ithaci coniūx semp decus una charontis
Femineū concepta decus manet:& procul illam
Turba ferox iuuenum telis confixa procorum
Quin misera eurydice tanto merore recessit.
Pęnaque respectus:& nūc manet orpheus in te:
Audax ille quidem qui mitem cerberū unquam
Credidit:aut illi ditis placabile numen.
Nec timuit phlegethōta furens ardentibus undis
Nec męsta obtentu ditis ferrugine regna.
Defossasque domos:ac tartara nocte cruenta:
Obsita:nec faciles ditis sine iudice sedes:
Iudice qui uitę post mortem iudicat acta
Sed fortuna ualens audacem fecerat orphea:
Iam rapidi steterant amnes & turba ferarum.
Blanda uoce sequax regionem insederat orphei:
Ianque unam uiridi radicem mouerat alte
Quercus humo:steterāt amnes siluęque sonorę
Sponte sua cantus rapiebant cortice amara.
Labētes biiuges etiā per sydera luna
Pressit equos:& to currentis menstrua uirgo
Auditura lyram tenuisti nocte relicta.
Hęc eadem potuit ditis teuincere coniunx
Eurydicen ultro ducendam reddere:non fas
Non erat in uitam diuę exorabile mortis.
Illa quidem nimium manes experta seueros
Pręceptum signabat iter nec retulit inter
Limina:nec diue corrūpit limina lingua:
Sed tu crudelis:crudelis tu magis orphen
Oscula cara petens rupisti iussa deorum.
Dignus amor uenia gratum si tartara nossent
Peccatū meminisse graue:& uos sede piorum:
Vos manet heroum contra manus:hic & uterque
Aeacides:peleus nāque & telamonia uirtus
Per secura patris locantur numina:quorum
Connubiis uenus:& uirtus iniunxit honorem.
Hūc rapuit feritas:illum nereis amauit.
Assidet:ac iuuenis sociat te gloria fortis.
Alter in excessum referens a nauibus ignis
Argolicis:phrygios torua feritate repulsos.
O quis non referat talis diuortia belli:
Que troię uidere uiri:uidereque graii
Teucria cū magno manaret sanguine tellus
Et simois xantique liquor:sygęaque pręter
Littora cū troas sęui uox hectoris ira
Viderit in classes inimica mente pelasgas
Vulnera:tela:neces ignes inferre paratos.
Ipsa magis:nāque ida potens feritatis:& ipsa
Datque faces altrix cupidis pręebebat aldnis:
Omnis ut in cineres rethei littoris hora
Classibus ambustis fāma lachrimāte daretur.
Hinc erat oppositus contra telamonius heros
Obiectoque dabat clypeo certamina:& illuc
Hector erat troię summum decus:acer uterque:
Fulminibus cęlo ueluti fragor editur ense
Tegminibus:telisque super:sygęaque pręter
Eriperet reditus:alter uulcania ferro
Vulnera protectus depellere nauibus instat.
Hoc erat eacides uultu lętatus honore:
Dardanięque alter fuso quod sanguine campis
Hectora lustrauit uictor de corpore troia
Rursus acerba fremit paris hūc quod lętat:& huius
Arma dolis ithaci uirtus quod concidit ręta.
Hinc gerit euersos proles laertia cursus.
Et iam strimmonii rhesi:uictorque dolonis
Pallade iam lętatur ouans:rursusque remiscit
Tamoicon:asiamque horret lęstrygones atrox
Illum sylla rapax canibus succincta molosis:
Aetnęusque ciclops illum metuēda charybdis
Pallentesque lacus:& squallida tartara terent.
Hic & tātalei gener ęacus amplius atridę
Assidet argiuum lumen quo flamma regente
Oris erichthonias prostrauit funditus arces.
Reddidit heu grauius pęnas tibi troia:furenti
Hellespontiacis obitutus reddidit undis.
Illa uices hominum testata est copia quondam
Ne quisquam proprię fortunę munere diues:
Iret in ęternum cęlum super omne:propinquo
Frangitur inuidię telo decus ibat in altum:
Bis ergo repetens patriam:ditataque pręda.
Arcis erichthonię comes huic erat aura secunda
Per placidum cursu pelagus nereis ad undas
Signa dabat:pars inflexis superacta carinis.
Cum seu cęlesti fato:seu syderis ortu
Vndique mutatur cęli nitor:omnia uentis:
Omnia turbidinis sunt anxia:iam maris unda
Sydcribus certat cōsurgere:iāque superne
Corripere & sol:& sydera cūcta minantur.
Ac ueniit in terras cęli fragor:hic modo lęta,
Copia nūc misens circūdatur anxia fatis.
Immoriturque super fluctu:& saxa caphareis.
Euboicas & per cautes cęteaque late
Littora cū phrygię passim uaga pręda peracta
Fluctuat ęquoreo omnis iam naufragia fluctu.
Hic alii sidunt pariles uirtutis honore.
Heroes mediisque siti sunt sedibus omnes:
Omnis roma decus magni quos suscipit orbis:
Hic fabii deciique:hic est oratia uirtus:
Hic & fama uetus nunquam moritura per ęuum
Curtius & mediis quem quōdam sedibus orbis
Deuotum bellis cōsumpsit gurges in unda
Mutius & prudens ardorem corpore passus:
Legitime cessit cui fracta potentia regis.
Hic curius clarę socius uirtutis:& ille
Flāminius deuota dedit qui corpora flammis.
Iure igitur talis sedes pietatis honores

Istic scipiadasque duces deuota triúphis
Menia quos rapidos libycę carthaginis horrét
Illi laude sua uigeant.ego ditis opacos
Cogor adire lacus uiduos a lumine phębi
Et uastú phlegethónta pati:quos maxima minos
Cóscelerata pia discernit uincula sede:
Ergo quã causam mortis:quam dicere uitę
Verberibus sęuę cogút sub iudice pęnę.
Cú mihi tu sis causa maligne:conscius adsis.
Sed tolerabilius curis hęc immemor audis.
Et tamen in uanis dimitte somnia uentis:
Digredior nunquã rediturus:tu cole fontes:
Et uirides nemorú siluas:& pascua lętus:
Et mea diffusas rapiãtur dicta per auras.
Dixit & extrema tristis cú uoce recessit.
Húc ubi sollicitú dimisit inertia uitę.
Interius grauiter mentem ęger:nec tulit ultra
Sensibus infusú culicis de morte dolorem
Quantúcúque sibi uires tribuere seniles.
Quis tamé infestú pugnans deuicerat hostem
Riuú propter aquę uiridi sub fronde latétem
Conformare locú capit impiger húc:& in orbem
Destinat:ac ferri cupidú repetiuit in usum:
Gramineã uiridi foderet de cespite terram.
Iam memor inceptú peragens sibi cura laborem
Congestú cumulauit opus:atque aggere multo
Telluris tumulus formatú creuit in orbem:
Quem circum lapidem leui marmore formans
Conserit assiduę curę memor:hic & achantos
Et rosa purpureo crescit rubicúda colore:
Et uiolę omne genus:hic é & spartica myrtus:
Atque hiacinthos:& hic cilico crocus editus aruo:
Laurus ité phębi decus exurgens rhodo daphne
Liliaque.& roris nouant ia cura marini:
Herbaque turis opes priscis imitata sabinis
Crysathusque:hederęque nitor pallete corymbo:
Et bacchus libyę rogis memor:hic amaranthus
Bumastusque uirens:& semper florida pinus.
Non illinc narcissus abest cui gloria formę
Igne cupidineo ꝓprios exarsit in artus.
Et quoscúque nouant uernãtia tempora flores:
His tumulus super inseritur:tum fronde locatur
Elogiú tacita quod firmat littera uoce.
Parue culex custos pecudú nil tale merenti
Funeris officiú uitę pro munere reddo.

P. Virgilii Maronis dirę id est carmen execratorium ad battarem.

Battare cygneas repetamus carmine uoces:
Diuisas iterú sedes:& rura canamus
Dura quibus diras indiximus impia uota.
Ante lupos rapient hędi:uituli ante leones:
Delphini fugient pisces aquilę ante colúbas:
Et conuersa retro rerum discordia gliscet
Multa prius:fuerit quã non mea libera auena.
Montibus & siluis dicã tua facta lycurge
Impia:trinacrię sterilescant gaudia nobis.
Nec fęcúda senis nostri fęlicia rura
Semina parturiãt segetes:nó pascua colles:
Non arbusta nouas fruges.non pãpinus uuas:
Ipsę non siluę fródes:non flumina montes:
Rursus:& hoc iterum repetamus battare carmen
Effęta cereris sulci condatis auenas.
Pallida flauescant ęstu sitientia prata,
Immatura cadant ramis pendétia mala:
Desint & siluis fródes:& fontibus humor:
Nec desit nostris deuotum carmen auenis.
Hęc ueneris uario florentia certa decore
Purpureos campos quę pingit auena colore:
Hinc aurę dulces hinc suauis spiritus agri
Mutent pestiferos ęstus:et terra uenena.
Dulcia non oculis:non auribus ulla ferantur.
Sic precor:et nostris superent hęc carmina uotis
Ludimus:et multum nostris cantata libellis
Optima siluarum formosis densa uirens
Tondemus uirides umbras:nec lęta conantes
Iactabis mollis romas inflantibus auris:
Nec mihi sepe meum resonabit battare carmen
Militis impia cum succedit dextera ferro:
Formosęque cadent umbre:formosior illis.
Ipse cades iterum domini felicia ligna
Nequicquam nostris potius deuota libellis.
Ignibus ęthereis flagrabit iuppiter ipse.
Iuppiter hanc aluit:cinis hęc tibi fiat oportet:
Thracis tum boreę spirent immani uires.
Purus agat mixtam fulua caligine nubem
Africus.immineat nimbis mutantibus hymber:
Cum tua cyaneo resplendens ęthere silua
Non iterum dicens herebo tua lydia dixti
Vicinę flammę rapiant ex ordine uites,
Pascantur segetes diffusis ignibus aurę.
Transuolet arboribus:con iungat et arbor aristas
Pertica:quę nostros metata est impia agellos:
Qua nostri olim cinis omnia fiat.
Sic precor:et nostris superent hęc carmina uotis:
Vnde:quę nostris pulsatis littora lymphis:
Littora:quę dulcis auras diffunditis agris:
Accipite has uoces:migret neptunus in arua
Fluctibus:et spissa campos perfundat harena:
Qua uulcanus agros pastor iouis ignibus arcet.
Barbara dicatur libycę soror altera syrtis.
Tristius hoc memini reuocasse battare carmen:
Nigro multa mari dicunt portenta natare
Monstra repentinis terrentia sępe figuris.
Cum subito emersere furenti corpora ponto.
Hęc agat infesta neptunus cęca tridenti.
Atrú conuertens ęstum maris:undique uentis.
Et fuscum cinerem canis exhauriat undis.
Dicãtur mea rura:ferú mare:nauta caueto
Rura:quibus diras indiximus impia uota.
Si minus hęc neptune tuis infundimus aris:
Battare fluminibus tu nostros trade dolores.
Nam tibi sunt fontes:tibi flumina semper amica.

Nil est quod perdam ulterius. merita omnia dicit
Flectite currentes lymphas uaga flumina retro
Flectite & aduersi rursum diffundite campis.
Incurrāt amnis passim remeantibus undis.
Nec nostros exire sinas erroribus agros.
Dulcius hoc memini reuocasti battare carmen:
Emanent subito sicca tellure paludes.
Et metat hinc miles spicas ubi legimus olim:
Occupet arguti grylli caua garrula rana.
Tristius hoc rursus dicat mea fistula carmen:
Precipitent altis fumantes mōtibus hymbres.
Et late teneant diffusos gurgite campos.
Quis dominis infesta minantes stagna relinquant:
Vnde lapsa meos agros peruenerit unda.
Piscetur nostris in finibus aduena arator:
Aduena ciuili qui semper crimine creuit.
O male deuoti pratorum crimina agelli:
Tuque inimica tui semper discordia ciuis.
Exul ego indēnatus egens mea rura reliqui:
Miles ut accipiat fun esti premia belli.
Hinc ego de cumulo mea rura nouissima uisam
Hinc ibo in siluas obstabunt iam mihi colles.
Obstabūt montes: campos audire licebit.
Dulcia rura ualete & lydia dulcior illis:
Et casti fontes: & felix nomen agelli.
Tardius ha misere descendite monte capelle.
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuque resiste pater: & prima nouissima nobis
Intueor campos: longum manet hostis in illis.
Rura ualete iterum. tuque optima lydia salue
Siue eris & si non mecum morieris: utrinque
Extremum carmen reuocemus battare auena.
Dulcia amara prius fient & mollia dura.
Candida nigra: oculi cernent: & dextera leua:
Migrabūt casus aliena in corpora rerum:
Quam tua de nostris emigret cura medullis.
Gaudia semper enim tua me meminisse licebit.
Inuideo uobis agri formosaque prata:
Hec formosa magis mea quod formosa puella
Est uobis: tacite uestrum suspirat amorem
Vos nūc illa uidet: uobis mea lydia ludit.
Vos nūc alloquitur uos nūc arridet ocellis.
Et mea summissa meditatur carmina uoce.
Cantat & interea mihi que cantabat in aurem
Inuideo uobis agri discetis amare:
O fortunati nimium multūque beati:
In quibus illa pedis niuei uestigia ponet:
Aut roseis digitis uiridē decerpserit uuā:
Dulci nāque tumet nondū uitecula baccho:
Aut inter uarios ueneris stipendia flores
Mēbra reclinarit: teneramque illeserit herbam
Et secreta meos furtim narrabit amores:
Gaudebūt silue gaudebunt mollia prata:
Et gelidi fontes aui ūque silentia fient:
Tardabūt riui labentes currite lymphe:
Dum mea iucundas exponat cura querelas
Inuideo uobis agri mea gaudia habetis
Et nobis nūc est mea que fuit ante uoluptas
Hei male tabescunt morientia membra dolore:
Et calor infuso decepit frigore mortis:
Quod mea non mecū dn̄a est non ulla puella
Doctior in terris fuit ac formosior: ac si
Fabula non uana est: tauro ioue digna: uel auro:
Iuppiter euertas: auro mea sola puella est.
Felix taure pater magni gregis: & decus: ad te
Vaccula nonnūquā secreta cubilia captans
Frustra te patitur siluis mugire dolore.
Et pater hedorum felix: semperque beate
Siue petis montes preruptos saxa pererrans:
Siue tibi siluis noua pabula fastidire:
Siue liber cāpis: tecum tua leta capella est.
Et mas quocūque est: illi sua femina iuncta
Interpellatos nunquam plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuisset.
Cur ego crudelem patior tam sepe dolorem.
Sydera per uiridē redeūt cū pallida mundū:
Inque uicē phebe excurrens atque aureus orbis
Luna tui tecū est: cur non est & mea mecum
Luna: dolor nostri quid sit miserere dolentis.
Phebe gerens in te laurus celebrabit amorem:
Et que pompa deū non siluis phama locuta est.
Oia uos estis secū sua gaudia gestat.
Aut insperfa uidet mūdo que dicere longū est.
Aurea qui etiā cū secula uoluebant:
Conditio similisque foret mortalibus illis:
Hec quoque preterea norū minoidis astrum:
Queque uirū uirgo sicut captiua secuta est.
Ledere celicole potuit uos nostra quid estas.
Conditio nobis uite que durior esset.
Ausus ego primus castos uiolare pudores.
Sacratamque mee uitam tentare puelle:
Immatura mee quoque noxe soluere facta.
Istius atque utinam facti mea culpa magistra
Prima foret letū mihi uita diutius esset.
Nō mea non ullo moretur tempore phama:
Dulcia cū ueneris furatus gaudia primū
Diceret: atque ex me dulcis foret ora uoluptas.
Nā mihi non tatum tribuerūt impia uota:
Auctor ut occulti nosier foret error amoris:
Iuppiter ante sui semper mendacia factus
Cū iunone prius coniūx: qua dictus uterque est:
Gaudia libauit dulcem furatus amorem.
Et mecū tenera gauisa est ludere in herba
Purpureos flores quos insuper accumbebat
Grādia formoso supponēs gaudia collo.
Tū credo fuerat mauors distentus in armis.
Nā certe uulcanus opus faciebat: & illi
Tristi turpabatque mala fuligine barbam.
Nō aurora nouos etiam plorauit amores.
Atque rubēs oculos roseo cellauit amictu.
Talia celicole nūquid minus aurea promo.
Ergo quod deus atque heros cur nō minor etas
Infelix ergo nō illo qui tēpore natus:
Quo facilis natura fuit: fors o mea leua

Nascendi miserumque genus quo fera libido est,
Tanta meę uitę cordis fecere rapinam,
Vt maneam: quod uix oculis cognoscere possis.

P. V. Maronis aetna, quę a quibusdam Cornelio tribuitur.

Etna mihi ruptique cauis fornacibus ignes:
Et quę tam fortes uoluant incendia causę:
Qd' freat ipsū: qd raucos torqat ęst?
Carmē erit: dexter mihi carminis auctor apollo
Seu tibi dodonę potior tecūque fauentis
Sen te cynthos habet: seu delos gratior illa:
In noua pierio properent a fonte sorores
Vota per insolitum phębo duce cautius itur:
Aurea securi quis nescit secula regis.
Cum domitis nemo cererem iactaret in aruis:
Venturisque malas prohiberet frugibus herbas
Annua: sed saturę complerēt horrea messes.
Ipse suo flueret bacchus pede, mellaque lentis
Penderent foliis: & pingui pallas oliua
Secretos amnes ageret cum gratia ruris
Nō cessit quicquam melius sua tempora nosse.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina calchos
Quis non argolico defleuit pergamon igni
Impositam & tristi natorum funere matrem:
Auersum ue diem: sparsum ue in semine dentem:
Quis non periurę doluit mendacia puppis
Desertam uacuo minoida littore questus:
Quicquid in antiquum iactata est fabula carmen:
Fortius ignotas molimur pectore curas:
Qui tanto motus operi: quę causa perennis
Explicet in densum flammas: & ructet ab imo
Ingenti sonitu moles, & proxima quęque
Ignibus irriguis urat: mens carminis hęc est,
Principio: ne quem capiat fallacia uatum
Sedes esse dei: tumidisque e faucibus ignem
Vulcani ructe: & clausis resonare cauernis
Festinantis opus: non est tam sordida diuis
Cura: neque extremas ius est dimittere in artes:
Sydera seducto regnant sublimia cęlo.
Illa neque artificum curant iactare laborem.
Discrepat a prima facies hęc altera uatum,
Illis cyclopas memorant fornacibus usos:
Cū super incudē numerosa in uerbera fortes
Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen
Armarētque iouem: turpe est sine pignore carmen
Proxima uiuaces ętnęi uerticis ignes
Impia sollicitat phlegręis fabula castris:
Tentauere nefas olim detrudere mundo
Sydera: captiuique iouis transferre gigantes
Imperium: & uicto leges imponere cęlo.
His natura suos aluo tenus ima per orbes
Squameus intortos sinuat uestigia serpens.
Construitur magnis ad pręlia montibus agger
Pelion ossa creat: summus premit ossan olympus
Iam coaceruatas nituntur scandere moles.
Impius: & miles metuētia comminus astra
Prouocat infestus cūctos ad prelia diuos.
Prouocat e cęlo admotis: dextraque coruscam
Armatus: flammam tenonat caligine mundum.
Incursant uasto primum clamore gigantes.
Hic magno tenet ore pater: geminatque fauentes
Vndique discordes comitū simul agmine uentos
Densa per attonitas rumpūtur fulmina nubes
Atque in arma ruit quęcūque potentia diuum.
Et mars sęuus erat: iam cętera turba deorum
Stant utrīque metus: ualidos tum iuppiter ignes
Increpat: & iacto pturbat fulmine montes.
Illinc deuictę uerterūt terga ruinę
Infestę diuis acies: atque impius hostis
Pręceps cū castris agitur: materque iacentis
Impellēs uictos: tū pax est reddita mundo
Tum liber cessa uenit per sydera cęlu.
Defensique decus mundi nunc redditur astris
Gurgite trinacrio morientem iuppiter ętna
Obruit enceladum: uasti quoque pōdere montis
Aestuat: & petulans expirat faucibus ignes.
Hęc est mendosę uulgata licentia famę.
Vatibus ingenium est: hac urget nobile ce men.
Plurima pars scęnę est rerum fallacia uates.
Sub terris nigros uiderunt carmina manes.
Atque inter cineres ditis pallentia regna
Mētiti uates stygias undasque canentes.
Hi tytion septem strauere in iugera fędum.
Sollicitant magna te circum tantale pęna:
Sollicitantque siti: minos tuaque ęace in umbris
Iura canūt, idemque rotant ixionis orbem.
Quicquid & interius falsi sibi conscia terra.
Non est terra satis speculantur numina diuum:
Nec metuūt oculos alieno admittere cęlo:
Norūt bella deum: norunt abscondita nobis
Cōiugia: & falsa quotiens sub imagine peccent.
Taurus in europen: in lędam candidus ales:
Iuppiter ut danę preciosus fluxerit hymber.
Debita carminibus libertas ista: sed omnis
In uero mihi cura canam quo feruida motu
Aestuat ętna: nouosque rapax sibi cōgerat ignes
Quacūque immensus se terrę porrigit orbis:
Extremique maris curuis agitatur ab undis:
Non totu: in solidum desit: nāque omnis hiatu
Secta est omnis humus: penitusque cauata latebris
Exiles suspensa uias agit inque animantis
Per tota errantes percurrunt corpora uenę.
At uitam sanguisque omnis qua commeat idem
Terra uoraginibus conceptas digerit auras.
Scilicet haud olim diuiso corpore mundi
In maria, ac terras: & sydera sors data cęlo
Prima: secuta maris deseditque infima tellus.
Sed totis rimosa cauis: & qualis aceruis
Exeat imparibus iactis ex tempore saxis,
Vt crebro introrsus spacio uacuata corymbos

Pendeat in sese simili quoque terra figura
In tenues laxata uias non omnis in arctum:
Nec stipata coit:siue illi causa uetusta est
Nec nata est facies:seu liber spiritus intra
Effugiens molitur iter:sed lympha perenni
Edit humorem limo:furtumque obstantia molis
Haud etiam inclusi:solidum uidere uapores:
Atque igni quęsita uia est:siue omnia certis
Pugnauere locis non est hic causa dolendi:
Dum stet opus causę:quis enim non uiderit illud
Esse sinus penitus tantos emergere fontes
Cum uidet ac torrens imo se emergere hiatu,
Non ille extenuit uocemque agat acta necesse est
Confluit errantes arcescant undique ab undis
Et trahat ex pleno quod fontem contrahat amne
Flumina quin etiam latis currentia riuis
Occasus habuere suos:aut illa uorago
Direpta in pręceps fatali condidit ore:
Aut occulta fluunt tectis ad operta cauernis,
Atque inopinatos referunt procul edita cursus:
Quod si diuersos emittat terra canales:
Hospitium fluuium:aut semita nulla profecto
Fontibus & riuis constet uia:pigraque tellus:
Conserta in solidum segnis sub pondere cesset
Quod si pręcipiti conduntur flumina terrę
Condita si redeunt:si qua etiam incondita surgunt
Haud mirum clausis etiam si libera uentis
Spiramenta latent certis tibi pignora rebus,
Atque oculis hęsura uias dabit ordine tellus
Immensum plerunque sinus:& iugera pessum
Intercepta legent:densęque abscondita nocti
Prospectare procul chaos:ac sine fine ruinę
Ceruus & in siluis spatioque cubilia retro
Antraque demissis pedibus fodisse latebris:
Incomperta uia est operum:tantum influit intra
Argumenta dabunt ignoti uera profundi
Tu modo subtilis animo duce percipe curas:
Occultamque fidem manifestis astrue rebus
Nam quo liberior:quoque est animosior ignis:
Semper:& inclusus nec euectus:ferior ira est
Sub terra:penitusque mouent hęc plura necesse est
Vincla magis soluent:magis hoc obstantia pellant.
Nec tamen in rigidos exit contenta canales
Vis animę flamma auertit:qua proxima cedunt
Obliquumque secat:qua uisa tenerrima causa est
Hinc tibi terra tremor motu:hinc tibi densus hiatus
Spiritus exagitat uenas cessantiaque urget
Quod si spissa foret:solidoque instaret uiam
Nulla daret miranda sui spectacula tellus
Pigraque:& in pondus confestim mobilis esset
Sed summis si forte putas concedere causis
Tantum opus:& summis alimentum uiribus oris:
Quę ualida in promptu cernis.ualidosque recessus
Fallere:sed nondum tibi lumine certaque recto:
Nanque illuc quodcunque uacat specus omnis hiatum
Et res introitu soluunt:adituque patēti
Conuersę languent uires:animosque remittunt.

Quippe ubi contineat uentos:qua quęque morantis
In uacuo desinit:cessat:tantumque profundi
Explicat errantis:& in ipso lumine tardant
Angustis opus est turbare in faucibus illos,
Feruet opus:densique fremunt:premiturque ruina
Hinc furti boreę atque noto,nunc unus uterque est
Hinc uenti rabies:hinc sęuo quassat hiatum:
Fundamenta solo trepidant:urbesque caducę:
Inde neque est aliud si fas est credere mundo
Venturam antiquam faciem:ueracius omen
Hęc primo species rerum:naturaque terrę
Introrsus cessante solo trahit undique uenas
Aetna sui manifesta fides:& proxima uero est
Non illi duce me occultas scrutabere causas,
Occurrent oculis ipsę:cogentque fateri:
Plurima nanque patent illi miracula monti
Hinc uasti terrent aditus merguntque profundo
Corrigit hinc artus:penitusque quod exigit ultra
Hinc spissę rupes obstant:discordiaque ingens,
Inter opus nectunt uarios:mediumque coercent
Pars igni domitę:pars ignes ferre coactę:
Vt maior species ętnę succurrat inanis,
Hęc illis sedes:tantarumque area rerum est
Nūc opus artificem incendit causasque reposcit:
Non illos parui aut tenuis discriminis ignes,
Mille sub exiguo ponam tibi tempore ueras
Res,oculique docent:certas res credere cogunt,
Quin etiam tactu moneant contingere toto
Si liceat prohibent flammę,custodiaque ignis
Illi operum est:arcent aditu:diuinaque rerum
Vt maior species ętnę succurrat inanis,
Cura sine arbitrio est eadem procul omnia cernis,
Nec tamen est dubium penitus quin torqueat ętnam
Aut quis mirandus tantę faber imperet arti,
Pellitur exustę glomeratus nimbus arenę:
Flagrantes properant moles uoluuntur ab imo
Fundamenta:fragor tota nunc rumpitur ętna,
Nunc fusca pallent incendia mixta ruinę:
Ipse procul magnos miratur iuppiter ignes
Ne ue sepulta noui surgant in bella gigantes:
Neu ditem pudeat regni:neu tartara cęlo
Vertat in occulto:tantum premit omnia dextra
Congestes operis saxorum:& putris harenę:
Quę nec sponte sua faciunt:nec corporis ulla
Sustentata cadunt:robustis uiribus omnes
Exigitur:uertit uasa   uertice sęuo
In densum congesta rotant:uoluuntque profundo,
Hęc causa expectata ruunt incendia montis:
Spiritus inflati nomen languentibus acri
Nam prope natura par est uiolentia semper:
Ingenium uelox illi.motusque perennis:
Verum opus auxilium interpellat corpore nullus
Impetus est ipsi:qua spiritus imperat:audit:
Nūc princeps magnusque sub hoc duce militat ignis
Huic quoniā in promptu est operi natura.solique
Vna ipsi uenti quę res incendia pascit
Cum subito cohibetur:inest quę causa silenti

Subsequar immensus labor est: sed fertilis idem
Digna laboranti respondent prꝙmia curis:
Non oculis solum pecudum miranda fuere:
Mora nec effusis in humum grane pascere corpus
Nosse fidem rebus dubiasque exquirere causas
Sacra per urgentem capitisque attollere cęlum
Scire quot: & quę sit: cur magno talia mundo
Principia occasus metuunt: ad sęcula pergunt:
Et firma ęterno religata est machina mundo.
Solis scire modum & quanto minor orbita lunę est
Cur illi breuior: cur isti peruolet orbis
Annuus ille monet quę certo sydera curant
Ordine quęque suo careant incondita cura.
Scire uices etiam signorum: & tradita iura:
Nubila cur cęlo terrę denuntiet hymbres
Quo rubeat phębe, quo frater pallcat igni
Tempora cur uariant anni: primaque iuuenta
Ver ęstate perit: cur ęstas ipsa senescit
Autūnoque obrepit hyems: & in orbe cucurrit
Axem scire helices & tristem nosse cometem,
Lucifer unde micet: qua ue hesperus: unde bootes
Saturni cur stella tenax: cur martia pugnax
Quo rapiant nautę: quo sydere lintea tendant.
Scire uias maris & cęli prędicere cursus.
Quo uolet orion: quo seuus incubet index,
Et quęcunque iacent tanto miracula mundo:
Non digesta pati: nec aceruo condita rerum:
Sed manifesta notis certa disponere sede.
Singula diuini est animi: ac iucunda uoluptas,
Sed prior hęc hominū cura est cognoscere terrā
Et quę nunc miranda tulit natura notare
Hęc nobis magna affinis cęlestibus astris,
Nam quę mortalis spes est: quę amentia maior
In iouis errantem regno perquirere uelle:
Tantum opus ante pedes trāsire & perdere segnes
Torquentur miseri in paruis: premimurque labentes
Dum sese pręcio redimant: uerumque professa est
Tum demum uiles tarcant: inopesque relictę
Noctes atque dies: festinant arua coloni,
Callent rure manus glebarum expellimur usu.
Fertilis hęc segetique feracior: altera uiti.
Hęc platanis humus: hęc herbis dignissima tellus,
Hęc diti melior pecori: siluisque fidelis,
Aridiora tenent olcę succeslior ulmis
Grata leues cruciant animos: & corpora causę,
Horrea uti saturent: tumeant & dolia musto,
Plenaque desecto surgant phęnilia campo,
Sic auidi semper qua uisum est carius istis:
Implendus sibi quisque bonis est artibus: illis
Sunt animi fruges hęc rerum maxima merces:
Scire quid occulto naturę terra coercet
Nullum fallere opus non multos cernere sacros
Aetnęi montis fremitus: animumque furentis
Non subito pallere sono: non credere: subter
Scrutamur rimas: cuertimus omne profundum
Quęritur argenti semen: nunc aurea uena.
Torquentur flamma terrę: ferroque domantur.

Cęlesti migrasse minas ad tartara mundi
Nosse quid impediat uentos: quid nutriat ignes
Vnde repente quies & multo fędere pax sit:
Concrescant animi penitus seu forte cauernę:
Introitusque ipsi seruent: seu terra minutis
Rara foraminibus: ne ue in se abstrahat aura
Plenius hęc etiam rigido qua uertice surgit:
Illinc infestus: atque hinc obnoxius intus
Vndique diuersas admittere cogitat auras,
Et coniuratis addit concordia uires:
Siue introrsus agunt nubes & nubilus auster:
Seu forsam flexere caput: tergoque feruntur
Pręcipites delecta sono premit una fugato:
Torrentesque auras: pulsataque corpora densant
Nam ueluti sonitura diu tritone canoro
Pellit opes collectus aquę: uictusque mouere
Spiritus: et longas emugit bucina uoces:
Carmineque irriguo magni cortyna theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis:
Quę tenuem impellens animam subremigat undam
Haud aliter summota furens torrentibus aura
Pugnat in angusto et magnum et cōmurmurat etna
Credendum est etiam uentorum existere causas
Sub terris similes harum quas cernimus extra:
Vt condensa crement inter se corpora: turba
Elisa in uacuum fugiant: et proxima secum
Nomina tota trahunt: tutaque in sede resistunt,
Quod si forte mihi quędam discordia tecum est
Principiis quod ab his credas consurgere uentos:
Non dubium rupes aliquas penitusque cauernas
Prouehere ingenti sonitu: casuque propinquas
Diffugere: impellique animas: hinc cernere uentos:
Aut humore etiam nebulas effundere largo:
Aut campis: agrisque solent quos obruit annis
Vallibus exoriens calligat nubilus aer,
Flumina parua ferunt auras: uis proxima uento est
Eminus aspirat fortis et uerberat humor.
Atque hoc in uacuos si tanta potentia rerum est.
Hoc plura efficiunt: introclusique necesse est.
His agitur causis extra penitusque coactis
Exagitant uentos pugnant in faucibus ante
Pugnantes suffocant: & intus uelut unda profundo
Terque quaterque exusta graues ubi perbibit euros:
Ingeminat fluctus: et primos ultimus urget
Haud secus astrictus certamine tangitur ictu
Spiritus: inuoluensque suo sibi pondere uires
Dęnsa per ardentes excreent corpora neruos.
Et quacumque iter est properat: transitque morantem:
Donec confluuio reuolutis ęstibus amnis
Exilit: atque furens tota uomit igneus ętna:
Quod si forte putas iisdem decurrere uentos
Faucibus: atque iisdem pulsus remeare notandas
Res oculis locus ipse dabit: cogetque negare:
Quamuis cerulco siccus sic frigeat ęther:
Purpureoque rubens surgat iubar aureus o
Illinc obscura semper caligine nubes:
Pigraque defuso circumstrepat humida un

Prospecta sublimis opus:uastosque recessus.
Non illam uidet ętna:nec ullo intercipit ęstu.
Obsequitur quacunque iubet leuis aura:reditque
Placantes etiam celestia numina thure
Summo cernę iugo:uel qua libertimus ętna
Improspectus hiat tantarum semina rerum.
Si nihil irruet flammas stupeatque profundum.
Huic igitur credis torrens ut spiritus illi
Qui rupes terramque uorat qui fulminat ignes:
Cur exit uires:& preceps flexit habenas
Presertim ipsa suo decliuia pondere nunquam
Corpora diripiant:ualidoque absolueret arcu.
Quod nisi fallor:adest species tantusque ruinis
Impetus attentos oculorũ transfugit ictus.
Nec leuitas tantos igitur ferit aura:mouetque
Sparsa liquore manus sacros ubi uentilat ignes
Verberat ore tamen:pulsataque corpora nostra
Incursant adeo tenuis uim causa repellit.
Non cinerem stipulamue leuem non arida sorbet
Gramina:non tenuis plantis humor exit eisdem
Surgit adoratis sublimis fumus ab aris.
Tanta quies illi est:& pax innoxia rapti
Siue peregrinis agitur proprisque potentis
Coniurant animę causis illę impetus ignis
Et montis partes atras subuertit harena
Vastaque concursu trepidantia saxa fragoris
Ardentesque simul flammas ac fulmina rumpunt.
Haud aliter quam cum prono iacuere sub austro
Aut aquilone fremunt siluę:dant brachia nodo
Implicitę:hęc serpunt iunctis incendia ramis.
Nec te decipiãt stolidi mendacia uulgi
Exhaustos cessare sinus:dare tempora rursus
Vt rapiant uires repetantque in prelia uicti.
Pelle nefas animo:mendacemque exue famam
Non est diuitiis iam sordida rebus ęgestas:
Nec paruo mendicat opes.nec congregat auras:
Presto sunt operę uentorum:examina semper.
Causa latet:quęrunt pariter:coguntque morari.
Sepe premit fauces magnis exhausta ruinis
Congeries:clauditque uias luctamine ab uno:
Et scisso ueluti tecto sub pondere presso est
Haud secus ac teneros cum succum frigida monti
Desidiam tutoque licet discedere montes.
Post ubi continuere moram uelocius urgent:
Pellunt oppositas moles:ac uincula rumpunt.
Quicquid in obliquum est frangunt:iter acrior ictu
Impetus exoritur.magnis operata rapinis
Flamma micat:latosque ruens exundat in agros.
Si cessant a iure ferunt spectacula uenti.
Nunc superant quęcũque regunt incendia siluę
Quę flammis alimenta uocent:quid nutriat ętna
Incendi poterunt illis uernacula causis
Materia:appositumque igni genus utile terent.
Vritur assidue callidus nunc sulphuris humor:
Nunc spissus crebro prębetur uimine succus
Pingue bitumen adest:& quicquid comminus atras
Irritat flammas illius corpora ętna est.

Atque hanc materiam penitus discurrere fontes
Infectę erumpunt & aquę radice sub ipsa.
Pars oculis manifesta iacet: quę corpore ipsaque dura ē
Ac lapis in pingui ferment incendia succo.
Quin etiam uarię quędam sint uimine saxa
Toto monte liquãt:illis custodia flammę
Vera tenaxque data est:sed maxima quippe molaris
Illius incendi lapidis sic uindicat ętnam.
Quem si forte manu teneas:& robore cernas:
Nec seruare putes ignem:nec spargere posse:
Sed simul ac ferro quęras:respondet:& ictu
Scintillat color:hunc multis circundare flammis
Et potes extorquere animos:atque exue robur
Fundetur ferro citius:nam mobilis illi
Et metuens natura mali est:ubi cogitur igni
Sed simulatque hausit flammas:non tutior hausti
Vlla domus seruans aciem:duramque tenaci
Septa fides tutum est illi patientia uicto.
Vix unquam redit in uires:atque euomit ignem
Totus enim denso stipatur robore tarda
Per tenues admissa uias incendia nutrit.
Cunctanterque eadem:& pigre accepta remittit.
Nec tamen hoc uno quod montis plurima pars est
Vincit:& incendi causam tenet illa profecto
Miranda est lapidum uiuax animosaque uirtus:
Cętera materies quęcunque est fertilis igni
Vt semel accensa est:moritur:nec restat in illa
Quod repetas tantum cinis:& sine semine terra est
Sic semel atque iterum patiens ac mille perhaustis
Ignibus instaurat uires:nec desinit ante
Quam leuis ex cocto defecit robore pumex
In cinerem putresque iacet delapsus harenas
Cerne locis etiam similes arsisse cauernas.
Illic materię nascentis copia maior:
Sed genus hoc lapidis certissima signa coloris
Quod nullas adiunxit opes:& languit ignis.
Dicitur insidiis flagrans ętnaria quondam
Nũc extincta super tectisque neapolin inter
Et cumas locus at multis iam frigidus annis
Quamuis in ęternum pinguescat ab ubere sulphur
In mercem legitur:tanto est fecundius ętna
Insula:cui nomen facies dedit ipsa rotunda.
Sulphur enim solum:nec obesa cacumine terra est
Et lapis adcretus regerendis ignibus aptus:
Sed raro fumat:qui uix succenditur ardet
In breue.mortales flammas quod copia nutrit
Insula durata uulcani nomine sacra:
Pars tamen incendi maior refrixit:& alto
Iactatas recipit classes:portuque tuetur
Quę restat minor est:& diues ubere terra est.
Sed non ętneis uires quę conferat illi.
Atque hęc ipsa tamen iam quondam extincta fuisset
Ni furtim generet secretis callibus humor
Materiam:siluamque suam pressoque canali
Huc illuc ageret uentos:& posceret ignes.
Sed melius res ipsa nota est:spectataque ueris
Occurrit signis:nec tẽntat fallere pestem.

Nam circa lateraatque imis radicibus ętnę
Cādentes efflant lapides:disiectaque saxa
Intereunt uenis:manifesto ut credere possis
Pabula.& ardendi causam lapidem esse molarem:
Cuius defectus ieiunus colligit ignis.
Ille ubi collegit flammas iacet & simul ictu
Materiam accendit:cogitque liquescere secum:
Haud equidem mirum factu quod cernimus extra
Si lenitur opus restat magis:uritur illic:
Sollicitatque magis uicina incendia saxum:
Certaque uenturę pręmittit pignora flammę
Nam simulatque mouet curis turbamque minutus
Diffugit exemploque solum trahit iactaque ramis:
Et graue sub terra murmur demonstrat & ignes
Tum pauidum fugere:& sacris credite rebus
Parere:& tuto speculaberis omnia colli.
Nam subito efferuent onerosa incendia raptis
Accensę subeunt moles:truncęque ruinę
Et uoluunt:atque atra sonant examina harenę.
Nec recipit flammas:mons hinc defessus anhelat:
Atque aperit se hostis decrescit spiritus illic.
Haud aliter quam cum lęto deuicta tropheo
Prona iacet campis acies:& castra sub ipsa.
Tum siquis lapidum summo pertabuit igni
Asperior sopita est & quędam sordida fax est:
Qualem purgato cernes discedere ferro
Verum ubi paulatim exiluit sublata caduci
Congeries fixi angusto e uertice surgunt
Sicuelut in fornace lapis torretur:& omnis
Exuitur penitus uenis subit altius humor
Amissis opibus leuis sine pondere pumex
Exquoquitur liquor ille magis seruare magisque
Fluminis in speciem mitis procedere tandem
Incipit:& primus dimittit collibus undas,
Ille paulatim bis sena in milia pergunt
Quippe nihil reuocat:curtis nihil ignibus obstat
Nulla tenet frustra moles simul omnia purgans
Nunc siluas rupesque uorat hęc tela solumque
Ipsa adiutat opes:facilesque sibi induit annos.
Quod si forte cauis contatus uasibus hęsit
Vtpote inequales uoluens perpascitur agros:
Ingeminat fluctus.& stantibus increpat undis.
Sicut cum curuo rapidum mare cernitur ęstu.
Ac primum tenuis sinus agit ulteriores:
Progrediens late diffunditur:& succernens
Flumina consistunt ripis:ac frigore durant:
Paulatimque ignes coeunt ac flammea messis
Exuitur facies tunc prima:ut quęque rigescit
Effumat moles:atque ipso pondere tracta
Voluitur ingenti strepitu:precepsque sonanti
Cum solido inflexa est pulsantes dissipat ictus,
Et quia disclusa est candenti robore fulget.
Et micat examen plagis ardentia saxa
Scintillat procul esse fide procul esse ruentes
Incolumi feruore cadunt:uerum impetus ignes
Si fumant quondam ut ripas traiecerit amnis
Vix iunctis quisquam fixo dęmouerit illas
Vicenos persępe dies iacet obruta moles
Sed frustra certis disponere singula causis
Tentamus:si firma manet tibi fabula mendax
Materiam ne credas aliam.furere igne fauillam
Plurima pro pietate simul concrescere:sique
Commixtum uento flagrare bitumine sulphur:
Nam post exustam cretam quoque robora fundit
Et figulos huic esse fidem:de in frigoris usu
Duriciem reuocare suam.& constringere uenas:
Sed signum commune leue est:atque irrita causa
Quę trepidat:uerum ubi certo pignore constat.
Nam uelut arguti naturę ęreus ignis
Condomitus constat:eademque:& robore saluo
Vltraque quam possis aeris cognoscere portam.
Haud aliter lapis ille tenet seu forte madentęs
Effluit in flammas:seu sit secutus ab illis.
Conseruatque notas:nec uultu perdidit ignes.
Quin etiam externam multis calor ipse resoluit
Non odor aut ętas putris;magis ille:magisque
Vna operis facies:eadem perque omnia terra est:
Nec tamen inficior lapides ardescere certos.
Interius furere accensos.hęc propria uirtus.
Quin ipsis quędam siculi cognomina saxis
Imposuere:fricas etiam ipso nomine signant
Fusiles esse notas:nunquam tamen illa liquescunt.
Quamuis materies foueat succosior intus.
Nec penitus uenę fuerint commissa molari.
Quod si quis lapidis miratur fusile robur
Cogitet obscuri uerissima dicta libelli.
Et dicet uero nihil insuperabile gigni
Omnia quę rerum naturę semina iacta:
Sed nimium hęc mirum densissima corpora sępe
Et solido uicina:tamen compescimus igni:
Non animos aeris flammis succubere cernis:
Lentitiem plumbi non exuit:ipsaque ferri
Materies pędura:tamen subuertitur igni:
Spissaque suspensis fornacibus aurea saxa
Exudant precium:quędam fortasse profundo
Incomperta iacent:similisque obnoxia sorte.
Nec locus ingenio est oculi te iudice uincent.
Nam lapis ille riget perculsus:& ignibus obstat
Si paruis torrere uelis cęloque patenti
Candentem pręssumque:agedum fornace coercet
Nec sufferre potest:nec sęuum durat in hostem.
Vincitur & soluit uires:captusque liquescit.
Quę maiora putas autem tormenta moueri
Posse manu:quę tanta putas incendia nostris
Sustentare opibus tantis fornacibus ętna
Vritur & sacro nunquam nec fertilis igne
Sed non qui nostro feruet moderatior usu.
Sed cęlo propior uel quali iuppiter ipse
Armatus flamma est:his uiribus additus ingens
Spiritus astrictis elisis faucibus:ut cum
Fabriles operas rudibus contendere massis
Festinātignibus quatiunt:follesque trementes
Exanimant:pręssoque instigant agmine uentos
Hęc operis fama est:sic nobilis uritur ętna.

Terra foraminibus uires trahit:urget in arctum
Spiritus incendit unus per maxima saxa.
Magnificas laudes:operosaque uisere templa
Diuitiis hominum aut sacra memorare uetusta
Traduce materia terris per proxima fatis
Currimus:atque auidi ueteris mendacia fama
Erruimus::cunctasque libet percurrere gentes.
Nunc iuuat ogygiis circundata mœnia thebis
Cernere:quod fratres ille impiger ille canorus
Condere fęlices alieno interserit euo.
Inuitata piis nunc carmine saxa lyraque
Nunc gemina ex uno fumantia saxa uapore
Miramur:septemque duces raptumque profundo
Detinet eurotas illic:& sparsa lycurgi:
Et sacer in bellum numerus sua turba recenti.
Nunc hic cecropię uariis spectantur athenę
Carminibus:gaudentque sui uictrice minerua.
Excidit hic reduci quondam tibi perfide thesen
Cadida sollicito permittere uela parenti
Tu quoque athenarum carmen tam nobile sidus
Erigone sedes uestra amphiona canoris
Euocat in siluis:& tu soror hospita tectis
Acciperis:solis tereus ferus exulat agris.
Miramur troię cineres:& flebile uictis
Pergamon extinctosque suos phrygas hectora paruū
Conspicimus magni tumulum ducis hic:& achilles
Impiger:& uictus magni iacet hectoris ultor.
Quin etiam graię fixas timuere tabellas.
Signaque nunc paphie torantes parte capillos
Sub cruce nunc parui ludentes colchide nati
Nunc tristes circa subiecta altaria ceruę
Velatusque pater nunc gloria uiua minoris
Quin etiam illamanus operum:turbęque morantem
Hec uisenda putas terrę dubiusque marisque
Artificis naturę ingens opus aspice:nulla
Cum tanta humanis phębus spectacula cernes
Pręcipueque uigil feruens:cum syrius ardens
Insequitur miranda tamen sua fabula montem
Nec minus ille pio quanquam sors nobilis ignis
Nam quando ruptis excanduit ętna cauernis.
Et uelut euersis penitus fornacibus ignes
Et uecta in longum rapidis feruoribus unda
Haud aliter seuo quam cum ioue fulgurat ęther:
Et nitidum obscura cęlum caligine torquet.
Ardebant aruis segetes:& milia cultu
Iugera cum dominis siluę collesque uirentes:
Vix dum castra putant hostem mouisse tremebant:
Et iam finitimę portas euaserat urbis.
Tum uero utcuique est animus uiresque rapinę
Tutari conantur opes.gemit ille sub auro
Colligit ille arma:& stulta ceruice reponit
Defectum raptis illum sua carmina tardant:
Hic uelox nimium properat sub pondere pauper
Et quod cuique fuit cari fugit ipse sub illo
Sed non incolumis dominum sua pręda secuta est.
Contantes uorat ignis:& undique torret auaros
Consequitur fugisse ratos;& pręmia captis
Increpat:ac nullis parsura incendia pascunt:
Vel solis parsura deis:nāque optima proles
Amphion paterque pari sub munere fortes.
Cum iam uicinis streperent incendia tectis
Aspiciunt pigrumque patrem matremque senemque
Heu heu defessos:posuissent limine membra.
Parcite auara manus dicens attollere prędas
Illis diuitię solę materque paterque
Hanc rapies prędam:mediumque exite per ignem
Ipso dante fidem properato maxima rerum
Et merito pietas homini tutissima uirtus:
Erubuere pios iuuenes attingere flammę:
Et quacunque ferunt illi uestigia cedunt.
Fęlix illa dies:illa est innoxia terrę
Dextera sęua tenent leuaque incendia feruent.
Ille per obliquos ignis fratremque triumphans
Tutus uterque pio sub pondere sufficit illam
Et circa geminos auidus sibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem:& sua numina secum
Salua ferūt:illos mirantur carmina uatum.
Illę se posuit claro sub nomine ditis.
Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata.
Sed iure cessere domus:& iura piorum

P.V.Matonis Ciris ad Messalam.

T si me uario iactatum laudis amore
Irritaque expertum fallacis pręmia uulgi
Cecropius suaues expirans hortulus auras
Florentes uiridis sophyę complectitur umbras:
Tu mea quęret eo dignum sibi querere carmen
Longe aliud studium aliosque accinta labores
Altius ad magni suspendit sydera mundi
Et placitum multis ausa est ascendere collem:
Non tamen absistam ceptum detexere munus:
In quo iure meas utinam requiescere musas:
Et leuiter blandum liceat deponere morem
Quod si mirificum genus omne s
Mirificum sęcli modo sit tibi uelle libido
Si me iam summa sapientia pangeret arte
Quattuor antiquis hęredibus est data consors:
Vnde hominū errores longe lateque per orbem
Despicere:atque humiles possum contenere curas
Non ego te talem uenerarer munere tali:
Non equidem quamuis interdum ludere nobis:
Et gracilem molli liceat pede claudere uersum.
Sed magno intexens si fas est dicere peplo:
Qualis erichtheis olim portatur athenis:
Debita cum castę soluuntur dona mineruę.
Tarda ueconfecto redeūt quinquennia lustro:
Cum leuis alterno zephyrus concrebuit euro
Et prono grauidum prouexit pondere cursum
Felix ille dies fęlix & dic itur annus.
Fęlices qui talem annum uidere:diemque:
Ergo palladię texuntur in ordine pugnę.
Magna giganteis ornantur pepla trophęis.
Horrida sanguineo pingūtur pręlia cocco.

Additur aurata delectus cuspide typho:
Qui prius ossis consternens ęthera saxis
Emathio celsum duplicabat uertice olympum
Tale deę uelum solenni in tempore portant:
Tali te uellem iuuenum doctissime ritu
Purpureos inter soles:& candida lunę
Sydera cęruleis orbem pulsantia signis
Naturę rerum magnis intexere chartis.
Aeternum sophię coniunctum carmine nomen
Nostra tuum senibus loqueretur pagina sęclis:
Sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes:
Nunc primum teneros firmamus robore neruos:
Hęc tamen interea quę possimus in quibus ęui
Prima rudimenta:& primos exegimus annos
Accipe dona meo multum uigilata labore.
Et promissa tuis non magna exordia rebus:
Impia prodigiis ut quondam exterrent amplis
Scylla nouos auium sublimis in aere cętus
Viderit:& tenui conscendens sydera penna
Cęruleis sua tecta super uolitauerit alis.
Hanc pro purpureo pęnam scelera capillos:
Proque patris soluens excissa funditus urbe
Cum plures illam & magni messala poetę:
Nam uerum fateamur:amant polymnia uerum:
Longe alia perhibent mutatam membra figuram
Scyllęum monstra in saxum conuersa uocari
Illam esse ęrumnis quam sępe legamus ulyxi
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates:& gurgite in alto
Deprensos nautas canibus lacerasse marinis:
Sed neque meonię hęc patiuntur credere chartę
Nec malus istorum dubiis erroribus auctor.
Nanque alias alii uulgo finxere puellas
Quę colophoniaco scyllę dicuntur homero
Ipse gratinei matrem sed siue erichtheis
Siue illam monstro genuit grandęua biformi:
Siue est neutra parens:atque hoc in carmine toto
Inguinis id uitium ueneris inscripta libido.
Siue etiam exactis speciem mutata ueneris
Infęlix uirgo:quid enim commiserat illa.
Ipse pater timidam sęua complexus harena
Coniugium carę uiolauerat amphitrices.
Ast tamen exegit longo post tempore pęnas.
Vt tum cura suę ueheretur coniugis alto
Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum.
Seu uero ut perhibent forma cum uinceret omnes:
Et cupidos quęstu passim spoliaret amantes
Piscibus & canibus rabidis uallata repente est.
Horribiles circum uidit sibi sistere formas:
Heu quotiens mirata nouos expalluit arcus
Ipsa suos:quotiens heu pertimuisse latratus
Ausa quod est mulier numen fraudare deorum
Edictam ueneri uotorum uertere pęnam:
Quam mala multiplici iuuenum quot septa caterua
Dixerat atque animo meretrix iactata ferarum
Infamem tali meritorum more fuisse
Docta palepaphię testatur uoce pachynus
Quicquid & ut quisque tali de clade locutus
Omnia sunt potius liceat notescere cirin.
Atque unam ex multis scillam non esse puellis:
Quare & quę cantus meditati mittere certos
Magna nimis cupidis tribuisti pręmia diuę:
Pierides quarum castos altaria postes
Munere sępe meo inficiunt foribusque hyacinthi
Deponunt flores:aut suaue rubens narcissus:
Aut crocus alterna coniungens lilia caltha:
Sparsaque luminibus floret rosa nunc age diuę
Pręcipue nostro nunc aspirate labori
Atque nouum ęterno pretexite honore uolumen:
Sunt pandionis uicinę sedibus urbes
Actęos inter colles & candida thesei
Purpureis latex ridentia littoro conchis:
Quarum non nulli fama concedere digna
Stat megara actei quondam mutata labore
Alcathoe phębique decus nanque affuit illi
Vnde etiam citharę uoces imitantur acutas:
Sępe lapis recrepat cyllenia munera pulsus.
Et ueterem sonitu phębi testatur honorem
Hanc urbem ante alios qui tum florebat in armis
Fecerat infestam populator remige minos:
Hospicioque senis hypolidosa uicto
Carpathium fugiens & flumina ceratea
Texerat hunc bello repetens chontinius heros
Attica cretea sternebat rura sagitta:
Sed neque tunc ciues:neque tunc rex ipse ueretur
Infesto & muros uolitantis ex agmine turmas
Ducere:& indomita uirtute retundere mentes.
Responsum quoniam satis est meminisse deorum:
Nam capite a summo regis mirabile dictu
Candida cesaries florebant tempora lauro
Et roseus medio fulgebat uertice crinis.
Cuiusq; seruata diu natura fuisset:
Tam patriam incolumem nisi regnumq; futurum
Concordes stabili firmarunt numine parcę:
Ergo omnis cano residebat cura capillo:
Aurea solenni comptum quoq; fibula ritu
Corpsellę tereti nectebat dente cicadę
Nec uero hęc uobis custodia uana fuisset:
Nec fuerat nisi sylla nouo concepta furore
Scylla patris miseri patrięq; inuenta sepulchrum.
O nimium cupidis si non inhiasset ocellis.
Sed malus ille puer quem nec sua flectere mater
Iratum potuit:quem nec pater:atq; auus idem
Iuppiter ille idem pęnos domitare leones:
Et ualidas docuit uictas mansuescere tigres:
Ille etiam diuos homines:sed dicere magnum est
Idem cum superis acuebat paruulus iras
Iunonis magnę:cuius periuria diuę
Olim se meminere diu periura puellę
Non nulli liceat:uiolauerat inscia sedem
Dum sacris operata deę lasciuit. et extra
Procedit longe matrum comitumq; caterua
Suspensam gaudens in corpore ludere uestem
Et tumidos agitante sinus aquilone relaxans:

Nec dum etiam castos agitauerat ignis honores:
Nec dum solenni lympha perfusa sacerdos
Pallentis foliis caput exornarat oliuę
Cum lapsa e manibus fugit pila: cūq; relapsę
Procurrit uirgo quo uti ne prodita ludo
Aurea iam gracili soluisset corpore palla
Omnia quę retinere gradū cursūq; morari
Possent: o tecū uellem tua semper haberes
Non nunquā uiolata manu sacraria diuę
Iurando infelix ne quicquā iura piasses:
Et siquis nocuisse tibi periuria credat:
Causa pia est: timuit fratri te ostendere iuno.
At leuis ille deus cui semper adolescentū
Quęritur ex omni uerborum iniuria dicto.
Aurea fulgenti depromens tela pharetra
Heu nimium terete nimium tirynthia iussu
Virginis interea defixerat omnia mente:
Quę simulac uenis hausit sitientibus ignem:
Et ualidū penitus concepit inossa furorem:
Sęua uelut gelidi cidonum bistonis honores
Icta ue barbarico cybeles antista buxo:
Infęlix uirgo tota bacchatur in urbe
Non storace ideo flagrantes picta capillos
Cognita non teneris pedibus: sic omnia seruas
Non niueo retinens bacchata monilia collo
Multum illi incerto trepidant uestigia cursu.
Sepe redit patrios ascendere prodita muros:
Aereasq; facit causam se uisere turres:
Sępe etiam tristes uoluens in nocte querelas
Sedibus ex altis cęli speculatur amorem:
Castraq; prospectat crebris lucentia flammis:
Nulla colum nouit carum nec respicit aurum:
Non arguta sonant tenui psalteria chorda.
Non libyco molles plauduntur pectine telę:
Nullus in ore rubor: ubi enim rubor obstat amori:
Atq; ubi nulla malis reperit solatia tantis
Tabidulamque uidet labi per uiscera mortem
Quo uocat ire dolor: subigunt quo tendere fata
Fertur: et horribili pręceps impellitur ostro.
Vt patris ah demens crinem de uertice seruet
Furtim: atque arguto detonsum mitteret hosti.
Nam quę hęc conditio nisi rapto opponitur una
Siue illa ignorans quis non bonus omnia malit
Credere: quam tanto scelere damnare puellam
Heu tamen infęlix: quid enim imprudentia prodest.
Nisi pater cum quo direpta crudeliter urbe
Vixerat una semper sedes in turribus altis
Fessus ubi extructo possis conscendere nido.
Tu quoq; auis morere: dabit tibi filia pęnas.
Gaudere o celeres subnixę nubibus altis.
Que mare quę uirides syluas lucosque sonātes
Incolitis: gaudete uagę blandęque uolucres
Vsque adeo humani mutate corporis artus
Vix o crudelis fatorum lege puellę
Dauliades crudele uenit carissima uobis
Cognatos angens reges numerique suorum
Ciris et ipse pater uos o pulcherrima quondam
Corpora cęruleas pręuertite in ęthera nubes:
Qua nouus ad superum sedes calcheius: & qua
Candida concessos ascendat ciris honores.
Iamque adeo dulci deuictus lumina somno
Nisus erat: uigilumque procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani.
Cum furtim tacito descendens scylla cubili
Auribus arrectis nocturna silentia tentat:
Et pressis tenuem singultibus aera captat.
Tum suspensa leuans digitis uestigia primis
Egreditur: ferroq; manus armata bidenti
Euolat: at demptę subita in formidine uires
Cęruleas sua furta prius testatur ad umbras:
Nam qua se ad patrium tendebat semita limen
Vestibulo in thalami paulū remoratur & altum
Suspicit ad cęli nutantia sydera mundi:
Non accepta piis promittens munera diuis:
Quam simul ogygii phęnicis filia charmę
Surgere sensit anus sonitum nam fecerat illi
Marmoreo ęratus stridens in limine cardo
Corripit extemplo fessam langore puellam:
Et simul o nobis sacrum caput inquit alumna
Non tibi nequicquam uiridis per uiscera pallor
Aegroto tenui suffudit sanguine uenas
Nec leuis hoc faceret: neq; enim pote cura subegit
Haud fallor quod te potius ramusia fallit
Nam qua te causa nec dulcis pocula bacchi:
Nec grauidos cereris dicam contingere fętus:
Quę causa ad patrium solam uigilare cubile.
Tempore quo fessas: mortalia pectora: curas:
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus
Dic age nunc miserę saltem quod sępe petenti
Iurabis nihi esse mihi cum męsta parentis
Formosos circum uirgo morerere capillos.
Hei mihi ne furor ille tuos inuaserit artus
Ille arabis myrrhę quondam qui cępit ocellos
Vt scelere infando quod nec sinit adrastea
Lędere utrunque uno studeas errore parentem.
Quod si alio quouis animo iactaris amore:
Nam te iactari non est amatusia nostri
Tam rudis ut nullo possim cognoscere signo.
Sin concessus amor noto te macerat igne
Per tibi dictynnę pręsentia numina iuro:
Prima deum quę dulce mihi te donat alumnam
Omnia me potius digna atque indigna laturam:
Milia uisuram quam te tam tristibus istis
Sordibus & scoria patiar tabescere tali
Hęc loquitur mol ique ut se uellauit amictu
Frigidulam iniecta circundat ueste puellam:
Quę prius ut tenui steterat succinta corona
Dulcia de in genis rorantibus oscula figens
Persequitur miserę causas exquirere tales
Nec tamen ante ullas patitur sibi reddere uoces
Marmoreum tremebunda pedem quam retulit intra
Illa autem quid nunc me inquit nutricula torques
Quid tantum properas nostros nouisse furores
Non ego consueto mortalibus uror amore:

Nec mihi notorum deflectunt lumina uultus,
Nec genitor cordi est ultro nanque odimus omnes.
Nil amat hic animus nutrix quod oportet amari
In quo falsa tamen lateat pietatis imago
Sed media ex acie medius ex hostibus e heu
Quid dicam quo ue ipse malū hoc exordiar ore.
Dicam equidem quoniam quid non tibi dicere nutrix
Non sinis: extremum hoc munus morientis habeto
Ille uides nostris qui menibus assidet hostis.
Quem pater ipse deum sceptri donauit honore:
Cui prece & tribuit nullo quo uulnere lędi.
Dicendum est frustra circumuchor omnia uerbis
Ille mea ille idem oppugnat pręcordia minos
Quod te per diuum crebros obtestor amores
Perque tuum memoris haustum mihi pectus alūnę
Vt me si uersare potes: nec perdere malis
Sin autem optatę spes est incisa salutis:
Nec mihi quā merui inuideas nutricula mortem
Nam si te uobis malus o malus optima charme
Ante hunc conspectum casus ue deus ue tulisset
Aut ferro hoc aperit ferrum: quod ueste latebat
Purpureum patris dempsissem uertice crinem
Aut mihi pręsenti peperissem uulnere letum.
Vix hęc ediderat; cū clade exterrita tristis
Intonsos multo deturpat puluere crines.
Et grauiter questu charme cōplorat anilis
O mihi nunc iterum crudelis reddite minos:
O iterum nostrę minos inimice senectę
Semper & aut olim natę o te propter eundem
Aut amor in sanę lectum portauit alumnę:
Te ne ego tam longe capta: atque auecta nequiui
Tam graue seruitium tam duros passa labores
Effugere: obsistam exitiū crudele meorum.
Iam iam nec nobis ea quę senioribus ullum
Viuendi copiam uiuit genus: ut quid ego mens
Te crepto brito marte est spes uana sepulcri
Te brito marte diem potui producere uitę.
Atque utinam cererisue ec tantum grata dianę
Venatus esses uirgo sacrata uirorum:
Gnosia neupharto ontendens spicula cornu
Dictęas ageres ad gramina nota capellas
Nunquam tam obnoxe fugeres minoos amores
Pręceps aereis specula de montibus isses:
Vnde alii fugisse ferunt: & numina phocę
Virginis assignant alii quo notior esses:
Dictynnam dixere tuo de nomine lunam:
Sint hęc uera uelim: mihi certe nata perisses.
Nunquam ego te summo uolitantem in uertice mōtis
Hircanos inter comites agmenque ferarum
Conspiciā; nec te redeunte amplexa tenebo.
Verū hęc tum nobis grauia: atque indigna fuere
Tum mea alūna tui cū spes integra maneret.
Et uox ista meas nundum uiolauerat aures
Tene etiam fortuna mihi crudelis ademit.
Tene o sola meę uiuendi causa senectę
Sępe tuo dulci nequicquam capta sopore
Cū prę meret natura: mori me uelle negaui.

Vt tibi coritio glomerarē flammea luto
Quo nunc me infęlix: aut quę me numina seruant.
An nescis qua lege patris de uertice summo
Edita candentēs prętexat purpura canos
Quę tenues patrio pręsit suspensa capillo:
Si nescis aliquam possū sperare salutem
Inscia quando quidem scelus es conata nefandum
Sin est quod metuo: per me mea alūna tuumque
Expertum multis mihi miserę rebus amorē
Perdere seua pręcor per flumina sacra ilithyię
Nec tantum in facinus tam molli mente sequaris
Non ego te incepto fieri quod non pote conor
Flectere: amor: neque sit cū diis contendere nostrū
Sed patris incolumi potius te nubere regno:
Atque aliquos tū esse uelis tibi alūna penates
Hoc unū extinio docta atque experta monebo
Quod si non alia poteris ratione parentē
Flectere; sed poteris: quid eni non unica possis.
Tunc potius tū ipsa pio cū iure licebit
Cū facti causā tēpusque doloris habebis,
Tunc potius conata tuo: atque incerta referto
Meque deosque tibi comites mea alūna futuros
Polliceor: nihil est quod texat in ordine longū
Hic ubi sollicitos animi reuelauerit ęstus
Vocibus & blanda pectus spe uiserat ęgrū
Paulati tremebunda genis obducere uestē
Virginis: & placidā tenebris captare quietē
Inuerso bibulū restinguens lumen oliuo:
Incipit ad crebros insani pectoris ictus
Ferre manū assiduis mulcent pręcordia palmis
Noctē illā sic męsta super morientis alūnę
Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
Postera lux ubi lęta diē mortalibus almū
Et gelido ueniente mane quatiebat ab ęta:
Quē pauidę alternis fugitant optantque puellę
Hesperū uitant: optant ardescere solē
Pręceptis paret uirgo nutricis: & oēs
Vndique conquirat nubendi sedula causas:
Tentantur patris sūmissis uocibus aures:
Laudāturque bonę pacis bona: multus inepto
Virginis insolitę sermo nouus erat in ore
Nunc tremere instantis belli certamina dicit:
Communemque timere deum: nunc regis amicis
Namque ipso uetita est orbari męsta parente
Cum ioue cōmunes qui quondam habuere nepotes
Nunc etiam confecta dolo mendacia turpi
Inuenit: et diuum terret formidine ciues.
Nunc alia ex aliis nec desunt omnia quęrunt
Quin etiam castos ausa est corrumpere uates
Et cum cęsa pio cecidisset uictima ferro:
Vt sint qui generum minoa auctoribus extis
Iungere: et ancipites suaderent attollere pugnas:
At nutrix patula componens sulphura testa
Narcissum casiamque herbas incendit olentes:
Terque nouena ligat triplici diuersa colore
Fila. ter in gremium circum inquit despue uirgo:
Despuę ter uirgo: numero deus impare gaudet

Hinc magno generata ioui frigidula facra
Sacra nec ideis senibus nec cognita graiis
Pergit amycleo spargens altaria thallo
Regis iolchiacis animum defigere uotis.
Verum ubi nulla monet ista bilem fallacia nisum:
Nec possunt homines: nec possunt flectere diui:
Tanta est in paruo fiducia crine: cauendi:
Rursus ad inceptum sociam se adiungit alumne:
Purpureumque parat rursus tondere capillum
Cum longo quod iam captat succurrere amori
Non minus illa tamen reuehi quod menia crescant
Gaudeat. & cineri patrie est inconda sepulchro.
Ergo metu capiti sylla est inimica paterno.
Tum coma sidonio florens succinditur ostro.
Tum capitur megara: & diuum responsa probantur.
Tunc suspensa nouo ritu de nauibus altis
Per mare cerulcum trahitur niseia uirgo
Complures illam nymphe mirantur in undis:
Miratur pater oceanus: & candida thetys
Et cupidas secum rapiens galathea sorores.
Illa etiam iunctis magnum que piscibus equor
Et glauco bipedum curru metitur equorum
Leucothoe: paruusque dea cum matre palemon:
Illi etiam eternas sortiti uiuere luces
Cara iouis soboles: magnum iouis incrementum
Tyndaride niueos mirantur uirginis artus.
Has adeo uoces: atque hec lamenta per auras
Fluctibus in mediis questu uoluebat inani
Ad celum infelix ardentia lumina tollens
Lumina: nam teneras arcebant uincula palmas:
Supprimito paulum turbata o flamina uenti
Dum queror: & diuos: quamquam nil testibus illis
Profeci: extrema moriens tamen alloquor hora
Vos ego: uos adeo uenti testabor: & aure
Vos o numantina si qui de gente uenitis:
Cernitis illa ego sum cognato sanguine uobis
Sylla quod o salua liceat tibi dicere progne:
Illa ego sum nisi pollentis filia quondam:
Certatim ex omni petiit quam grecia regno
Qua curuus terras amplectitur hellespontus
Illa ego sum minoos sacrato federe coniunx
Dicta tibi: tamen hec: & si non accipis: audis
Victa ne tam magni tranabo gurgitis undas.
Victa tot assiduas pendebo ex ordine luces.
Non equidem me alio possum contendere dignam
Supplicio: quamquam patriam charosque penates
Hostibus immitique adixi ignara tyranno.
Verum est hec minos illos scelerata putaui
Si nostra ante aliquis nudasset federa casus
Facturos quorum direptis menibus urbis
O ego crudelis flamma delubra petiui:
Te uero uictore prius uel sydera cursus
Mutatura suos quam te mihi talia capte
Facturum metui: iam iam scelus omnia uincit
Te ne ego plus patrio dilexi perdita regno:
Te ne ego nec mirum uultu decepta puella
Vt uidi: ut perii: ut me malus abstulit error
Non equidem ex isto speraui corpore posse
Tale malum nasci: forma uel sydere fallor.
Non me deliciis commouit regia diues
Coralio fragili: & lachrymoso mouit electro:
Me non florentes equali corpore nymphe.
Non metus incensam potuit retinere deorum:
Omnia uincit amor quid enim non uinceret ille:
Non mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha:
Pronuba nec castos accendet pinus odores.
Non lybis assyrio sternetur lectulus ostro.
Magna queror: nec ut illa quidem communis alumna
Omnibus iniecta tellus tumulabit harena.
Me ne inter comites ancillarumque cateruas
Me ne alias inter famularum munere fungi
Coniugis atque tue quecumque erit illa beatas
Non licuit grauidos penso deuoluere fusos.
At belli saltem captiuam lege necasses.
Iam fesse tandem fugiunt de corpore uires:
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit.
Marmorea adductis labescunt brachia nodis.
Aequoree pestes immania corpora ponti
Vndique conueniunt: & glauco in gurgite circum
Verbera caudarum atque horis minitantur hiatu.
Iam tandem casus hominum: iam respice minos
Sit satis hoc tantum solam uidisse malorum.
Vel fato fuerit nobis hec debita pestis.
Vel casu incepto merita uel denique culpa.
Omnia nam potius quam te lesisse putabo.
Labitur interea reuoluta ab littore classis.
Magna repentino sinuantur lintea coro.
Flectitur in uiridi remus sale languida fesse
Virginis in cursu moritur querimonia longo
Deserit angustis inclusum faucibus isthmon
Cypselide magni florentia regna corinthi.
Preterit abruptas chironis protinus arces:
Infestumque suis dire testudinis exit
Speleum multoque cruentas hospite cautes
Iamque adeo tutum longe pireea cernit.
Et nutes secum heu frustra respectat athenas:
Iam procul e fluctu minoia respicit arua:
Florentesque uidet iam cycladas: hinc stropadasque
Hinc sinus: hinc statio contra pater hermiona
Linquitur ante alias longe gratissima delos
Nereidum matri: & neptuno egeo.
Prospicit incinctam spumanti littore cinthum:
Marmoreamque poron: uiridemque adlapsa donysam:
Aeginamque simul: sementiferamque scriphum
Fertur & incertis iactatur ad omnia uentis
Cymba uelud magnas sequitur cum paruula classes
Afer & hyberno bacchatur in equore turbo
Donec tale decus forme uexauerit egram.
Non tulit: ac misero mutauit uirginis artus
Ceruleo pollens coniunx neptunia regno:
Sed tamen externam squammis uestire puellam
Infidosque inter teneram committere pisces
Non statuit: nimium est auidum pecus amphitritee:
Aeris potius sublimem sustulit alis.

Esset ut in terris facti de nomine ciris:
Ciris amycleo formosior ansere ledę
Hic uelud in niueo tenerę cum protinus ouo
Effigies animatur & internodia membris
Imperfecta nouo fluitant concreta colore.
Sic liquido scyllę circũfusum ęquore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndique mutabant: atque undique mutabatur
Oris honos: primum multis optata labella:
Et patulę frontis species concrescere in unum
Cępere: & gracili mentum producere rostro.
Tum quia se medium capitis discrimen agebat
Ecce repente uelud patrios ioutatus honores
Purpuream concussit apex in uertice cristam:
At membris uarios intexens pluma colores
Mansurum uolucri uestiuit tegmine corpus:
Lentaque perpetuas fuderunt brachia pennas.
Inde alias partes: minioque infecta rubenti
Crura nouamque aciem obduxit squallida pellis.
Et pedibus teneris ungues confixit acutos.
Et tamen hoc demum miserę succurrere pacto
Vix fuerat placida neptuni coniuge dignum
Nunquam illam post hac oculi uidere suorum
Purpureas saluo retinentem uertice uittas
Non tibi thalamus tyrio fragrans accepit amomo
Nullę illam sedes: quid enim iam sedibus illis:
Quę simul ut sese cano de gurgite uelox
Cum sonitu ad cęlum stridentibus extulit alis
Et multum late dispersit in ęquore rorem
Infelix uirgo ne quicquam morte recepta
Incultum solis in rupibus exigit ęuum:
Rupibus & scopulis & littoribus desertis.
Nec tamen hoc iterum pęna fine: namque deum rex
Omnia qui imperio terrarum milia uersat
Commotus talem ad superos uolitare puellam
Cum pater extinctus cęca sub nocte lateret:
Illi pro pietate sua nam sępe uidemus
Sanguine taurorum supplex respexerat auras
Sępe deum largo decorarat munere sedes
Reddidit optatam mutato corpore uitam.
Fecit & in terris halycthos ales & esset
Quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscus.
Huic uero miserę quoniam iam nata deorum
Iudicio natique: & coniugis ante fuisset
Infesti apposuitque odium crudele parentis.
Iamque utinam ęthereo signorum munere pręstans
Vnum quem duplici stellarum sydere uidi
Scorpius alternis clarum fugiant orionem:
Sic inter sese tristes halyctus in iras
Et ciris memori seruant ad sęcula fato
Quacũque illa leuem fugiens secat ęthera pennis
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras:
Insequitur nisus: qua se fert nisus ad auras:
Illa leuem fugiens raptim secat ęthera pennis.

Publii Virgilii Maronis Catalecton. Priapus loquitur.

Ere rosa: autumno pomis ęstate frequentor
Spicis: una mihi est horrida pestis hyems.
Nam frigẽs metuo: & uereor ne ligneus igne;
Hic deus ignarus prębeat agricolis.
Ego hęc ego arte fabricata rustica:
Ego arida uiator ecce populus
Agellulum hunc sinistra tute quem uides
Heri que uillam hortulũque pauperis
Tueor: malasque furis arceo manus.
Mihi corolla picta uere ponitur
Mihi rubens arista sole feruido:
Mihi uirente dulcis uua pampino:
Mihi glauca oliua duro cocta frigore:
Meis capellę desiccata pascuis
In urbem adulta lacte portant ubera:
Meisque pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum
Teneraque matre mugiente uaccula
Deum profundit ante templa sanguinem:
Proin uiator hunc deum uerebere:
Manũque sursum habebis: hoc tibi expedit.
Parata namque crux est arte mentula.
Velim pol inquis: ac pol ecce uillicus
Venit ualenti cui reuulsa brachio
Fuit ista mentula apta clauia dextrę:
Hunc; iuuenes locum uillulãque palustrem
Tectam uimine iunceo charisque manipls
Quercus arida rustica formata securi
Nutrior magis & magis ut beata quot annis
Huius nam domini colunt mediũque salutant
Pauperis tugurii pater filiusque
Alter assidua colens diligentia ut herba
Aspera sit dumosa meoque remota sacello
Alter parua ferens semper munera larga
Florido mihi posuit pictas uere corollas
Primitiis & tenera uirens spica mollis arista
Luteę uiolę mihi: lacteũque papauer:
Pallentesque cucurbitę: & suaue olentia mala
Vua pampinea rubens educata sub umbra
Sanguinea etiam mihi sed tacebimus arma
Barbatus linit hirculus cornipedesque capelle
Pro quibus omnia honoribus hoc necesse priape
Pręstare: & domini hortulum uineãque tueri
Quare hinc o pueri mala abstinete rapina
Vicinus prope diues est negligensque priapus.
Inde sumite semitam hęc deinde uos feret ipsa
De qua sępe tibi uenit sed sępe uidere
Non licet: occulitur lumine clausa uirr:
De qua sępe tibi non uenit adduc mihi namque
Si occulitur longe est tangere quod nequeas
Venerit aut tibi sed iam mihi nuncius iste.
Quid prodest illi dicere quę redit.

Hornethiorum amator iste uerborum
Iste est rethor nãque quatenus totus
Tucydides tyrannus atticę febris
Thau gallicum imminet ipsimet male illisit:
Ista omnia uerba ista miscuit fratri.

Aspice quem uideo subnixum gloria regno
Altius & cęli sedibus extulerat.
Tetrarum hic bello magnum concusserat orbem:
Hic reges asię fregerat hic populos:
Hic graue seruitium tibi iam tibi roma ferebat
Cętera namque uiri cuspide conciderant
Cum subito in medio rerum certamine pręceps
Corruit: & patria pulsus in exilium:
Tale deum numen tali mortalia nutu
Fallax momento temporis hora dedit:
Quocũque ire ferunt uarię nos tempora uitę
Pangere qua terras quosque uidere homines:
Dispeream si te fuerit mihi charior alter:
Alter enim quis te dulcior esse potest.
Conuenit ante alios diui diuũque futures
Cuncta neque indigna multa dedere bona
Cuncta quibus gaudet phębos deus ipseque phębo
Doctior o quis te musa fuisse potest.
O quis te in terris loquitur iucondior uno.
Clio nam certe candida non loquitur.
Quare illud satis est si te permittis amari.
Nam contra ut sit amor mutuus inde mihi:
Ite hinc manes rhetorum manipli
Inflata roso non achaico uerba
Et uos seliquir atquitique uarroque
Scolasticorum uario madens pingui.
Ite hinc mani cybalon iuuentutis:
Tuque o mearum cura sexte curarum
Vale sabine: iam ualete formosi.
Nos ad beatos uela immittimus portus
Magnis petentes docta dicta scironis.
Vitamque ab omni uindicamus cura.
Ite hinc camenę: iam uos quoque limite sęuę
Dulces camenę: nam fatebimur uerum.
Dulces fuistis: & tamen meas chartas
Reuisitote sed pudenter & raro
Socer beate nec tibi nec alteri
Generque noctu impudicum caput
Tuque nunc puella talis & tuo
Sapore pressa ius habitet mihi
Vt ille uersus usque quaque pertinet
Gener socerque perdidistis omnia.

Scilicet hoc sine fraude uarro dulcissime dicam.
Dispeream nisi me perdidit iste potus.
Sin autem pręcepta uetant me dicere: sane
Non dicam: sed me perdidit iste puer.

Villulaque scironis eras & pauper agelle
Verum illi domino tu quoque diuitię.
Me tibi & hos una mecum quos semper amaui

Si quid de patria tristius audiero:
Commendo: primisque patrem tu nunc eris illi
Mantua quod fuerat quodque cremona prius.

Pauca mihi niueo: sed non incognita phębo
Pauca mihi doctę dicite pegasides.
Victoria est magni: magnum decus ecce triumpho
Victor qua terrę: quaque patent maria.
Horrida barbaricę portans insignia pugnę
Magnus & ęnides utque superbus eryx:
Nec minus icirco nostros expromere cantus
Maximus: & sanctos dignus inire choros
Hęc itaque insuetis iactor magis optime curis
Quid de te possim scribere: quid ue tibi.
Namque fatebor enim quę maxima deterendi
Debuit hortandi maxima causa fuit.
Pauca tua in nostras uenerunt carmina chartas
Carmina cum lingua: tum sale cecropio
Carmina quę pylium sęclis accepta futuris
Carmina sed pylium uincere digna senem
Molliter huic uiridi patule sub tegmine quercus
Męris pastores: & męlibeus erant.
Dulcia iactantes alterno carmina uersu:
Qualia trinacrię doctus amat iuuenis.
Certatim ornabant omnes heroida diuę
Certatim diuę munere quęque suo.
Felicem ante alios tanto scriptore puellam
Alterno famam dixerit ipse prior.
Non illa hesperidum ni munere capta fuisset
Quę uolucrem cursu uicerat hippomanen
Candida cygneo non edita tyndaris ouo:
Non supero fulgens cassiopea polo.
Non defensa diu multum certamine equorum
Optabant grauidę quod sibi quęque manus
Sępe animã generi proh quam pater impius hausit
Sępe rubro similis sanguine fluxit humus
R
Immiti expectant fulmine & hymbre iouem
Non ocius raptum pulsi liquere penates
Tarquini patrios filius atque pater.
Illo quo primum dominatus roma superbos
Mutauit placidis tempora consulibus
Multa nec immeritis donauit mater alumnis
Pręmia messalis maxima publicolis.
Nam quid ego immensi memorem studia ista laboris
Horrida quid durę tempora militię.
Castra foro solitis urbi proponere castra
Tam procul hoc nato tam procul hac patria.
Immoderata pati iam frigora iamque calores
Sternere uel dura posse super silice.
Sępe trucem aduerso perlabens sydere pontum:
Sępe audendo mare & uincere sępe hyemem:
Sępe etiam densos immittere corpus in hostes
Communem belli non meminisse deum:
Nunc celeres afros periturę in milia gentis:
Aurea nunc rapidi flumina adire tagi:
Nunc aliam ex alia bellando quęrere gentem

Vincere & occeani finibus ulterius.
Non nostrum est inquam tantas attingere laudes
Quin ausim hoc etiam dicere uix hominum est.
Ipsa hęc ipsa ferent rerum monumenta per orbem:
Ipsa etiam egregium facta decus parient.
Hos ea quę tecum finxerunt carmina diui
Cynthius & musę: bacchus: & egiale
Si laudem aspirem humilis sed adire sirenas
Sic patrio graios carmine adire sales
Possumus: optatis plus iam procedimus ipsis
Hoc satis est: pingui nil mihi cum populo.

Sabinus ille quem uidetis hospites
Ait fuisse multo celerrimus:
Neque ullus uolantis impetus ęis
Nequisse pręterirę siue mantuam
Opus foret uolaret siue brixiam:
Neque hoc negat triphonis ęmuli domus
Negare nobilem insulam ue ceruli
Vbi iste post sabinus antę quintio
Bidente dicit attondisse forcipe
Comata colla nequis otion iugo
Premente dura uulnus ederet iuba
Cremona frigida: & lutosa gallia
Tibi hęc fuisse & esse cognitissima
Ait sabinus ultima ex origine.
Tua stetisse ultima in uoragine,
Tuas in palude deposuisse sarcinas:
Et inde tot per orbitosa milia
Iugum tulissę leua siue dextra
Strigare mulas siue utrúque cęperat
Neque ulla uota semitalibus dies
Tibi esse sancta ꝓpter hoc nouissimum
Paterna lora proximúque pectinem:
Sed hęc prius fuere nunc eburnea:
Sed equę sedes eque dedicat tibi
Gemellę castor: & gemellę castoris.
Quis deus optauit re nobis abstulit: an quę
Dicunt a nimio pocula dura mero.
Vobis ci si est culpabilis sua quéque sequútur
Facta quidem meriti crimen habent cyathi.
Scripta quidem tua nos multú mirabimur: & te
Raptum & romanam flebimus historiam
Sed tu nullus eris peruersi dicite manes
Nunc superesse patri quod fuit inuidia.
Superbe noctus & recutitum caput
Datur tibi puella quam petis datur.
Datur superbe noctui uam quam petis
Sed superbe noctui nõne uides.
Duas habere filias atilium.
Et hanc & alteram tibi dari.
Adeste nunc adeste ducit ut decet
Superbus ecce nocturnus hernia
Thalasio talasio .
Iacere quod alte non possum putas
Vetante nectam freta
Hęc ferre durum frigus: nec ęstum pati
Neque arma uictoris sequi
Valent ualent mihi re: & antiquus furor
Et lingua: quam adsim tibi
Et pręstite turpe coutubernium
Sororis: quid me incitas.
Quid impudice & improbande cęsari.
Sed furta dicantur tua.
Et leuato sęua patrimonio
In fratre parsimonia
Vel acta puero cum uiris cõnuuia
Vt per somnium uates
Et tuscio repente clamatum super
Thalasio thalasio.

P.V.M. Morętum.

Iam nox hibernas bis quinque pegerat horas
Excubitorque diem cantu prędixerat ales:
Simylus exigui cultor cum rusticus horti
Tristia uenturę metuens ieiunia lucis
Membra leuat uili sensim demissa grabato.
Sollicitaque manu tenebras explorat inertes:
Vestigatque focum: lęsus quem denique sensit:
Paruulus exusto remanebat stipite fumus.
Et cinis obductę celabat lumina prunę:
Amouet his pronam summissa fronte lucernam
Et producit acu stuppas humore carentes:
Excitat & crebris languentem flatibus ignem
Tandem concepto tenebrę fulgore recedunt.
Oppositaque manu lumen defendit ab aura.
Et reserat clausa quę preuidet hostia clauis.
Fusus erat terra frumenti pauper aceruus:
Hinc sibi depromit quantum mensura patebat
Quę bis in octauas excurrit pondere libras.
Inde abit: assistitque molę: paruaque tabella:
Quam fixam paries illos seruabat in usus:
Lumina fida locat: geminos tunc ueste lacertos
Liberat & cinctus uillosę tegmine caprę
Peruertit cauda silices gremiúque molarum
Aduocat inde manus operi partitus utrãque:
Leua ministerio dextra est intenta labori
Hęc rotat assiduis gyris: & concitat orbem:
Trita ceres silicum rapido decurrit ab ictu.
Interdum fessę succedit leua sorori.
Alternatque uices modo rustica carmina cantat:
Agrestique suum solatur uoce laborem.
Interdum clamat cybalen: hęc erat unica custos
Afra genus tota patriam testante figura:
Torta comam: labroque tumens: & fusca colore.
Pectora lata iacent mãmis: compressior aluo:
Cruribus exilis: spaciosa prodiga planta.
Continuis rimis calcanea scissa rigebant.
Hanc uocat: atque arsura focis imponere ligna
Imperat: & flamma gelidos adolere liquores.
Sed postquam impleuit iustum uersatile finem
Tansfert inde manu fusas in cribra farinas.
Et quatit; ac remanent summo purgamina dorso.

Subsidit syncera: foraminibusque liquatur
Emundata ceres: leui tum protinus illam
Componit tabula: tepidas super ingerit undas:
Contrahit admixtas tum fontes atque farinas:
Transuersat durata manu liquidoque coactu
Interdum grano spargit sale: iamque subactum
Leuat opus: palmisque suum dilatat in orbem:
Et notat impressis equo discrimine quadris
Infert inde foco: cybale mundauerat aptum
Ante locum testisque tegens superaggerat ignes
Dumque suas peragit uulcanus: uestaque partes
Similis interea uacua non cessat in hora.
Verum aliam sibi quęrit opem: neu sola palato.
Sit non grata ceres: quas iungat comparat escas
Non illi suspensa focum carnaria iuxta
Durati sale terga suis truncique uacabant
Traiectus medium parco sed caseus orbem
Et uetus astricti fascis pendebat anethi
Ergo aliam molitur opem sibi prouidus heros
Hortus erat iunctus casulę: quem uimina pauca
Et calmo redimita leui muniebat arundo
Exiguus spacio: uariis sed fertilis herbis
Non illi deerat quod pauperis exigit usus
Interdum locuples a paupere plura petebat
Nec sumptus erat illud opus: sed regula curę
Si quando uacuum casula: pluuię ue tenebant
Festa ue lux: si forte labor cessabat aratri:
Horti opus illud erat: uarias disponere plantas
Norat & occultę committere semina terrę
Vicinosque apte cura summittere riuos
Hic holus: hic late fundentes brachia betę
Fecundusque rumex: maluęque inulęque uirebant
Hic cicer & capiti nomen debentia cepa.
Sic etiam nocuum capiti gelidumque papauer
Grataque nobilium requies lactuca ciborum
Et grauis in latum dimissa cucurbita uentrem
Verum hic non domini: quis enim contractior illo
Sed populi prouentus erat: nonisque diebus
Venales holerum fasces portabat in urbem
Inde domum ceruice leuis: grauis ęre redibat
Vix unquam urbani comitatur merce macelli
Cepa rubens sectique famē domat area porri:
Quęque trahunt acri uultus nasturcia morsu.
Intybaque: & uenerem reuocans eruca morantem.
Tunc quoque tale aliquid meditans intrauerat ortum
Ac primum leuiter digitis tellure refossa
Quattuor educit cum spicis allia fibris
Inde comas apii graciles: rutamque rigentem
Vellit: & exiguo coriandra trementia filo.
Hęc ubi collegit: lętum consedit ad ignem
Et clara famulam poscit mortaria uoce
Singula tum capitum numerosa cortice nudat
Et summis spoliat coriis: contemptaque passim
Spargit humi: atque adicit seruatum gramine bulbum
Tingit aqua: lapidisque cauum dimittit in orbem
Hic salis inspergitque micas: sale durus adeso
Caseus adicitur: dictas super inserit herbas:
Et leua uestem setosa sub inguina fulcit
Dextera pistilo primum fragantia mollit
Allia: tum pariter mixto terit omnia succo
Et manus in gyrum: paulatim singula uires
Deperdunt proprias: color est e pluribus unus:
Nec totus uiridis: quia lactea frustra repugnant
Nec de lacte nitens: quia tot uariatur ab herbis
Sepe uiri nares acer iaculatur apertas
Spiritus: & summo damnat sua prandia uultu
Sępe manu summa lachrymantia lumina tergit
Immeritoque furens dicit conuitia fumo
Procedebat opus: non iam salebrosus ut ante:
Sed grauior lentus ibat pistillus in orbes
Ergo palladii guttas instillat oliui.
Exiguique super uires infundit aceti.
Atque iterum cōmiscet opus mixtumque retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit: inque globum distantia contrahit unum:
Constet ut effecti species: nomēque moreti.
Exuit interea cybale quoque sedula panem
Quem recipit lotis manibus: pulsoque timore
Hinc famis: inque diem securus simulus illam
Ambit crura ocreis paribus: tectusque galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos:
Atque agit in segetes: & terrę condit aratrum.

Publii Virgilii Maronis Vatis Eminentissimi: Volumina hęc Vna cum Seruii Honorati grāmatici commentariis: Ac eiusdem poetę uita Venetiis impressa. Per Magistrū Renaldum de Nouimagio theotonicū. Anno domini Millesimo. CCCC. LXXXII. Die XXVII. Septembris.

Tabula Librorum qui in hoc uolumine continentur

Nunc supercil...
Superbe noctu & ...
Datur tibi puella quam p...
Datur superbe noctui nam ...am petis
Sed superbe noctui nõne uides.
Duas habere filias atilium.
Et hanc & alteram tibi dari.
Adeste nunc adeste ducit ut decet
Superbus ecce nocturnus hernia
Thalasio talasio
Iacere quod alte non possum putas
Vt tante nectam freta
Hęc ferre dutum frigus: nec ęstum pati

C...
Co...
Ha...
Impe...
Sed p...
Tanti...
Et qua...